



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Historiæ Societatis Iesv Pars ...

Clavdivs. Res extra Europam gestas, & alia quædam / suppluit Petrus
Possinus Ex Eadem Societate ; Francisco Sacchino

Orlandini, Nicola

Romæ, MDCLXI

Liber Decimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98261](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98261)

HISTORIAE SOCIETATIS IESV PARTIS QVINTAE TOMVS PRIOR

A.C. 1590.

Liber Decimus.

Soc. 51.



ARO fuit vnquam minacius toto christiano orbe tempus, ac foedior quasi nubes, supra omnium ceruices obtenta, immane quiddam parturiens, quam anno, quem exordimur, voluentis seculi nonagesimo. Ardebat bellis Gallia. Rex Nauarra successionem in id regnum suam multis successibus firmabat: deque Sixti Pontificis aduersus eum, atque Catholicum Regem, animo, varius gliscebatur rumor: vnde metus erat, ne qua ingens Italia quoque, & alias christianas terras bellorum flamma corripere. Societas IESV communes super calamitates, suas habebat proprias, quae ad summum periculorum enaserant: & Claudium Generalem Praepositum vehementer sollicitum, & in omnes habebant partes intentum. Initio anni cum instarent Prouinciales conuentus, ad Procuratores de more tertio quoque anno legendos, memor nihil tam incitasse, sparsisseque, & corroborasse tumultus hispanicos, quam vsurpatam in proxima Castellae Congregatione dicendi, agendique licentiam, mature Prouinciales admonuit, vt religiosam in ijs concordiam, & aduersus Instituta verendum conseruare studerent, certorum misso capitum indice, quorum si quis quod conuelleret, aut vocare in controuersiam auderet, sacrosancto obedientiae praeepto interposito, prohiberetur. Ad tollenda enim incommoda disciplinae, non ad ipsam euertendam, commutandamque disciplinam, cogi conuentus: nec tam ad eos pertinere, quid assumendum remedij sit, statuere, quam iudicare, ecqua in re sit opus remedio, vt caetera dein Romae prouideantur. Ceterum solitudinum caput ipsa erat in Vrbe, Sixto deliberatum habente, aliquid Institutorum mutare, cum Saran ad irritandum eius animum nihil non mouens, ex foeda Philippi Iustiniani simulatione, nouam occasionem arripuit. Is nouem ferme ante annis ad tyrocinium Societatis receptus, longa impeditus imbecillitate valetudinis, ante concepta vota domum suam remissus est, si posset cura domestica, & liberiore vsu morbum expellere. Contra tamen euenit. Atrociter aggrauatum, mirisque modis multiplicatum est malum. Singulis noctibus acerrima febris conflictabatur ferme per horas octo: febrim excipiebat omnium neruorum contractio, per quam ita saepe conglobabatur in peruersum, vt calcanei tergo adhaerescerent: ita manuum digiti arte constringebantur, vt palmam vngues exulcerarent: eaque poena senas quotidie tenebat horas: binas praeterea stupens iacebat, ac semianimis, modico solum cordis palpitatu vitam prodente. Perpetua super haec laborabat infomniâ, perpetuaque inedia.

Nihil

1
Perturbatio
Christiani
Orbis.

2
Monita
Generalis ad
Prouinciales
circa Prouin-
ciales con-
uentus.

3
Sixti Ponti-
ficis animus
in Soc. exa-
cerbatus.

4
Philippus
Iustinianus
e Societatis
tyrocinio di-
missus mor-
bi causa.

Nihil demittebat in stomachum, quin continuo euomeret: eoque iam pridem alui profus carebat usu. Unde exaruisse eius intestina Medici coniecitabant, & tamen interdum magnam vim sanguinis euomebat. Denique his, aliisque morbis accedebat elephantiasis, quæ, extra os, ac manus, totum corpus fœdissima crusta, tanquam Lonicæ obduserat. Quæ inter multa, multa notabantur admirabilia, sed admirabilis in primis erat vita ipsa, sine ullo vitæ alimento, & munere perseverans. Multis in hunc modum, exactis annis, prænunciare fidissimis coepit, se Pontificis Sixti benedictione, valetudinem recuperaturum. Ita sibi Deum significasse. Ac die sacro Circumcisionis, anni superioris exordio, in Vaticanum ob eam rem deduci se iussit. Sixtus re audita, subridens & se handquaquam Pontificem esse dicens, qui miracula ederet; tamen cum rogaretur, edito manu signo crucis, de more benedixit: protinusque se liberatum omni malo, ille prædixit: ac domum inter gratulantes amicos reuersus, vestes mutauit; quod priores Lepra discussa, plenæ erant squamis, quæ toto ex corpore deciderant. Res tum pro insigni miraculo longè, latèque celebrata est, opinione sanctitatis Philippi, & veneratione vehementer aucta. Ille, quod semper dixerat suorum esse votorum finem, tum demum postulat, ut quando Deus valetudinem sibi reddiderat, Pater Generalis item Societatem redderet. Id ipsum amici eius quam maximè contendebant. Sed Claudius curandum existimans, quoad tempus ostenderet, quid sentiendum de miraculo sanitatis esset, ipsumque miraculum medici, alijque idonei testes, quod iam agebatur, confirmarent, omnium flagitationem constantissimè respulit. Annus iam vertebatur cum Philippus incipit rursus prænunciare, insigne aliud diuinæ erga se voluntatis, breui cognitum iri documentum. Moliri enim sibi Diabolum, & eius quosdam satellites necem: ac facturum Deum, ut innoxius exciperet ictum. Hæc ubi clanculum apud multos missitauit, initio Martij primis tenebris, dum ab domo professorum in suam se recipit, sclopeti fragor repente auditur, & Philippus percussus se inclamat; dumque comes, quem Patres de industria, quasi custodem addiderant, locum inspicit, reperit vestimenta ad cutem vique pectoris perforata, ibidemque plumbeam glandem, tanquam inuenta mora, ex impetu ingenti compressam, ac complanatam. Miraculum exclamatur. Verùm (ut Deus Ecclesiæ suæ imponi non sineret, & fraudulentos in astutia sua comprehendit) euenit, ut pratereuntes momento eodem fortè urbani listores, ad sclopeti sonitum conuersi, raptim quid rei esset exploraturi, eo vnde acciderat fragor accurrerent, & hominem, qui sclopetum exploserat, in custodiam ducerent: is sine questionibus multis, conficta omnia indicat à Philippo, sibi ab eo iniunctum referens ut sclopetum, sine plumbo exoneraret, iam enim ante suas illum vestes vero perforatæ ictu, ut fidem faceret diuino miraculo, ita in hac simulatâ explosione sine noxa glandem ad corpus hæsisse. Hæc ille cum prodidisset, ipse quoque Philippus ducitur, & ante admota supplicia, fraudis totam seriem prodit. Indignè rem tulit Sixtus, ac summo volebat impostorem plecti supplicio. Precibus tamen ad extremum magnarum personarum dedit, ut in Melitam insulam relegeretur, vbi breui est mortuus. Serpere inde fama per vulgus, & manare latissimè, Iesuitarum vnum, simulata per miracula Sanctitatis famam affectantem deprehensum, captum, atque adeò post fractas ceruices, exustum. Et, ut norant ei Ordini Sixtum nequaquam optimè volentem, aiebant nunc demùm funditus eum sublaturum. Attamen Sixtus sue quod dissimularet dolorem, siue quod comperisset hominem de Societate non esse, sed annum plus sextum domi suæ liberum agitare, non magnam hinc aduersus nos iræ accessionem præ se tulit: quin potius querebatur quod sibi, & Patribus nequam ille voluisset imponere: eo clarior iam Dei tutela, Claudijque Generalis prudentia, quod hominis cooptationem

5
Miræ ipsius
infirmi-
tates.

6
Prædicat se
valetudinē
recuperatu-
rum bene-
dictione
Sixti Ponti-
ficis.

Et re ipsa
recuperat.

7
Tamen
eum Gene-
ralis in So-
cietatem
admittere
dubit.

8
Alia Phi-
lippi præ-
dictio de
inidijs sibi
seruendis.

9
Plumbea
glande se
percussum,
quæ inno-
xiè in cute
resederit, si-
mulat.

10
Simulatio
deprehen-
ditur.

11
Philippus
exilio mul-
tatur.

12
Rumor
hinc contra
Societatem
fœdus spar-
sus.

tionem contra multorum preces, atque sententiam tamdiu protulisset. Porro de morbis illis, & curatione per Pontificium Crucis signum numquam interrogatus in iudicio sit, quidue indicarit compertum non est; nec quemquam prudentium inuenio, qui quid sentiendum sit, affirmate pronunciet. Dura sanè patientia, & calliditas peracris necessaria fuit, ad sanam adeo, diurnamque simulationem: nisi si tota res Saranæ artibus tribuatur. Illud quidem certe multi in eo homine, tum ipsum, cum Sanctus habebatur, admirabantur; quod cum ferme soleat ex veris Dei famulis, quidam quasi odor virtutis afflari, nihil tale in eosentiretur, nullum nec vultus, nec sermo, nec consuetudo sanctitatis gustum, nisi paucis præberet. Alij tamen existimant veros fuisse morbos, neque eos, neque valetudinis recuperate rationem, vero caruisse miraculo: sed iuvenem nescivisse postea se in fida humilitatis custodia conservare: verum plausibus, blanditijsque elatum in superbiam, euanuisse in cogitationibus suis, quoad occæcatus ambitione, falsa etiam attentare prodigia, ad amplificandam usque sanctitatis famam ausus sit, ut nactus apud Pontificem gratiam, opimum aliquod ex eo Sacerdotium, aut simile quid expiscaretur, unde vitam commodè posset in seculo ducere. Quamquam enim voluntatem simulabat religiosæ vitæ, tamen multò in dies apparebat frigidior. Notabile quidem exemplum est, tum ad cautionem Magistris conscientiarum ne sibi illudi sinant, tum alijs ut tutam humilitatis viam, nunquam obliuiscantur. Nam quàm facile per has artes illudere Ecclesiæ Dei, verosque sanctos in contemptum adducere, meridiana conentur Dæmonia, ut alia taceam, deprehensa per hosce proximos annos Goæ in India, Olyssipone in Lusitania, ac demum hoc Romæ, in luce terrarum, ludibria plus satis docent.

Erat eodem hoc tempore Romæ Alfonsus Sancius ex Insulis Philippinis, uti supra narratum est, profectus, qui, uti severam quamdam vitæ sectam indixerat sibi, & prælongis meditationibus immorabatur, ita totam in familiam, maiorem, quam lege præfixa est, austeritatem, & prolixiora meditandi, contemplandique diuinas res inducere spatia putabatur velle. Rari quidem sunt, qui asperioribus delectati, fieri duces non cupiant, siue nominis, & asseclarum cupidine, siue diuersæ vitæ contemptu. Sed ego Alfonsum comperio spiritu recto ductum, neque id ei fuisse propositum, ut certis, fixisque legibus arctior disciplina præscriberetur, sed id modo egisse, ut multa, quæ existimabat usum, & consuetudine paulatim laxiora facta, ad severitatem pristinam, item usum, non lege reuocarentur. Erat præterea inter Assistentes sententiarum haud modica dissensio, in meditandi, contemplandique, & corporis afflictandi modo. Laurentius Magius, & Garzias Alarconius multum preces etiam diutinas, multum asperitates corporum prædicabant: & hunc B. Ignatij, & primorum Patrum fuisse sensum, ac spiritum, ex ipsorummet Vitis apparere dicebant. Contra ea Paulus Hoffeus, & Emmanuel Rodericus ex eiusdem Ignatij sensu, totaque Societatis fabrica argumentabantur; nec multum infumendum oculis in contemplatione nostris hominibus, nec multum voluntarijs pœnis macerandum corpus, quippe Ordini ad salutem publicam nato, meditationem dumtaxat usurpandam eam, quæ actioni seruiat: alienam esse, quæ in sola contemplatione consistat. Neque vires corporis, verberare, aut ieiuniorum afflictatione, sed studio, labore, operâ, impensa Reipublicæ atterendas. Optimum orationis, optimum in Societate carnis torquendæ genus, nequaquam latere in umbra domicilij, ut pro sua vocatione monachi sanctè faciunt, sed prodire in lucem, & quamplurimas pereuntium mortalium animas, cura, & labore Deo lucrari, & vindicare ab interitu sempiterno. Disceptationes huiusmodi, ut Præpositus Generalis intercideret, doceretque, quid secundum leges Societatis tenen-

13
Varia iudicia de curatione prioris morbi.

14
Alfonsi Sancij altera viuendi ratio.

15
Dissensio inter Assistentes de usu orationis, & afflictationis corporis.

16
Generalis
Diſſeſiones
componit.

17
Epiſtola
Claudij de
Oratione &
Poenitentijſ

18
Alia eius
Epiſtola cū
Iobelæo miſ-
ſa de Deo in
communib⁹
periculis
propitiâdo.

tenendum eſſet, conuocatis Aſſiſtentibus, docet diſſidia inter eos, non modo voluntatum, quæ Dei gratia nulla erant, ſed etiam ſententiarum, & ad exemplum, ac famam, & ad res gerendas poſſe incommo- dære, quamplurimum. Controuerſiam eſſe, quæ pertineret ad Societatis caput, ac proinde quoniam illo loco, quamuis indignum Deus ſe collocaret, eſſe ſibi in animo, adiuuante eodem, declarare, quid ſecundum leges, mo- resque Societatis tenendum eſſet. Itaque exuerent ſuas utriusque ſententias, & ad id, quod ſtatuereſtur excipiendum, tuendumque, vt æquum erant tales viros, animum præpararent. Hæc præfaſus, ſapientem, quæ ex- tat ſcripſit epiſtolam; in cuius priore parte, quàm conueniens Societati, non meditatio modo, ſed etiam contemplatio ſit, eaque quatenus ad- menda, quemadmodum à Monaflica diſtinguenda, & ad actionem referenda ſit docet. in altera verò errorem confutat eorum, qui cenſeant ex eo, quòd nullas certas B. Ignatius præſcripſerit poenas, fuiſſe eum ſola- animi mortificatione contentum. Admirabili enim ille quidem, & in lon- gum proſpiciente ſapientia, videns arduum eſſe, modum certum flammæ, qui tanta in diuerſitate ſtudiorum, nationum, valetudinis, virumque; tamque multiplice proximis iuuandi conatu, & labore, ex æquo omni- bus conueniret, maluit totam rem, cuiusque iudicio, cum ſpiritualis Ma- giſtri conſilio, & præſidium curæ relinquere, quam fixis legum decretis iubere, vnde nunc ob veras, nunc ob ſimulatas cauſas, alia, atque alia exceptiones, atque immunitates quærentur, quæ magna ſolent eſſe in conuictu multorum, offenſionibus, diſſidijs, querelis, ac licentiæ, porta. Cæterum vigere ſine dubio voluit, non ſolum interioris, verum, etiam exterioris mortificationis ſtadium. eoque vehementer erraret, qui quòd nullæ certæ præſcriptæ ſunt, nullas omnino præſcriptas concluderet. Has literas cum Aſſiſtentibus oſtendiſſet, & ineunte Maio, ad omnes de- diſſet prouincias, ea controuerſia in omne tempus ſublata eſt: quia tamen maximè, & publicæ totius Eccleſiæ, & priuatæ Societatis diſſicultates vr- gebant, alteras paucis poſt diebus adiecit, in quibus miſſo pariter Iobelæo, quod dudum à Sixto Pontifice impetrarat, vehementer adhorta- batur ad ſuccurrendum communibus malis. Ea tempora eſſe, quibus iam non conſueto gradu incedendum eſſet, ſed feruentius, impenſiusque orando Deo, afflicto corpori, perfectioni quærendæ omni ope inſudandum: ne, ſi Religioſi, quos Eccleſia ſancta, tanquam præcipuam, ac nobiliſ- ſimam ſui partem, quemadmodum Nazianzenus vocat, offerre Deo ad placamentum debet, tali ceſſent tempore, nulla ipſi venia ſit, nullum diſſicultatibus publicis leuamentum. Eam ob rem mitti Iobelæum, & exer- citia ſpiritualia repeti oportere, vt perpurgata conſcientia, confirmatiſque, & roboratis animi viribus, propitiâdo Deo, conciliandiſque ei proximis efficacius inſiſtatur. idque quòd impenſius fiat, in ſingulis prouincijs inſi- tuti debere miſſiones, vt Sacerdotes fermè duodeni in qualibet mittantur, qui ad apoſtolicum exemplum bini, pediteſque, & pauperum more, nec libris, nec alia re ſuffarcinati, ſed pleni charitate, ac zelo, Epiſcopi ante omnia, vel Vicarij eius impetrato conſenſu, vicos, & caſtella mi- nus celebria, magiſque ſpiritualis opis indiga obeant, prædicantes poeni- tentiam, & odium peccati, inſtar Sancti Vincentij, cuius præcipuè & exemplum ante oculos habeant, & poſt ſacras ſcripturas ſermonibus vtan- tur: vbique curantes, vt Parochorum, & Religioſorum ſibi gratiam, & opem adiungant. Suſciperent magno animo apoſtolicum opus, considera- rentque, quàm ſeuera eſſet ratio Deo reddenda, ſi poſt ſtudia, curas, labores, & impenſas in formandis operarijs abſumptas, ardentem mun- dum expectato fraudarent auxilio, domique deſidentes, paucarum deuo- tularum curanda reduuiâ occuparentur, dum populi innumerabiles plagis cooperti mortiferis, deſerti iacent.

Prouinciales sub hoc tempus noui præfeci ; Romanæ prouinciæ Ioannes Baptista Carminata , postquam Venetam recognouerat . Venetæ Hippolytus Volia . Siculæ Bartolomæus Riccius è tyronum Magisterio illuc ab Vrbe missus . Mediolanensem Ioannes Paulus Oliua iam anno superiore , eiusdemque exitu Neapolitanam Antonius Lisius susceperat . Ex Romano prouincialaru Fabius de Fabijs iterum in Sardiniam : Ludouicus Massellius è Siculo in Poloniam , missi Visitatores . Instabat interim Sixtus , vt quæ ipsemet inter legendum Societatis Constitutiones minus probaret , immutarentur . Ea quemadmodum annali superiore narrauimus , Cardinali Caraffæ cognoscenda cum tradidisset ; isque , morâ , quam fieri posset , longissima vtendum censuisset , dum Pontificis per sese inceptum elanguesceret , vel aliquid opis dies afferret , non fefellit ea cunctatio Sixti sagacitatem . Cum igitur semel atque iterum percunctatus de negotij gradu , nihil promotum audiuit , intelligens ab eo trahi moras consulto , & causam agi nostram , reddi sibi iubet libellum suæ censuræ ; & ad Cardinales sacris præfectos quæstionibus mittit , iubens designari quatuor theologos qui singula diligenter expendant , ac iudicent . Hi , siue vt obsecundarent Pontifici , siue nudis alicubi verbis inducti , interpretationemque sequuti duriorum (quam multa enim sunt , vel in ipsis sacris literis , quæ si per sese capiuntur , nec benigna adsit interpretatio , in absurdos sensus pronum est trahere ?) siue , quod est propius vero , quod & disciplinam Societatis , quæ multa habet ab alijs ordinibus diuersa , & euangelicæ perfectionis præstantiam , quæ nisi multo vsu cognosci , ponderarique suis momenti nequit , ignorarent , censuram oppidò acrem edidere . Cuius exemplum dedit operam Claudius , vt videret , & Cardinales in tempore prepararet . In his erat Constantius Sarnanus , qui vt candidi erat ingenij , ac vitæ religiosæ non parum intelligens , mirabatur talia notari , quæ laudem potius mererentur . Ac sua quidem sententia ideo notari dicebat , quod censores , nequaquam spiritualis vitæ œconomizque periti essent . Ceterorum quoque Cardinalium iudicium eiusmodi fuit , vt nulla damnata re , quibusdam (forte vt aliquid & ipsi Pontifici darent) hoc solum addito : declarari debere : in reliquis adscriberent , nescire se quid Sanctissimo displiceret . Hanc Cardinalium sententiam , vbi Claudius accepit , summo studio , ac celeritate responsa perscribit , causasque , & rationes exponit eorum , quæ illi clariùs interpretanda censuerant . Quæ cum Cardinales accepta diligenter expendissent , valdeque probarent , nihil iam restabat aliud , nisi vt ad Pontificem referrent . Verùm illi quoque tum beneuolentia erga Societatem , tum causæ æquitate ducti , de industria rem extrahere instituunt , quoad Pontificis animus mitigaretur , & vehementiores illi , quos norant , impetus , temporis lapsu considerent . Ne id quidem Sixtum fefellit . quinimò , maiore ob hoc incitatum ira , duo dixisse ferunt digna memoratu . Sic enim Cardinales dicitur alloquutus . Vos , vt video , de industria tempus ducitis , quoad moriar : sed erratis . Deliberatum enim habemus totam rem , & breni , & sententia nostra decidere . Ad amicos verò de Cardinalibus ipsis . Hi omnes , inquit , etiam quos nos Cardinales fecimus , nobis imponunt , Patribusque istis fauent , & in sententiam eorum abducti sunt . Ex quibus verbis facilè apparuit , quantum Societas diuinæ prouidentiz debeat , eiusque Institutum quam curæ Deo sit , ac proinde , quam nobis commendatum , ac venerandum esse debeat , cum assequi nunquam potuerit Pontifex , vt alieno suffragio , quod maximè cupiebat , vllam eius partem , ac denique ne sua quidem , potestate labefactaret . Dum autem hæc maximè agitantur , nuntius afferitur ex Hispania , qui auxit grauissimè tempestatem . Ioannes Hieronymus melior , quam felicior præco Verbi diuini , dum pro concione , temporum calamitates exaggerat , vt ad opem exposcendam ab Deo , mutandof-

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. I.

R R R

que

19
Noti Prouinciales per Italiam.

Visitatores in Sardinia & Polonia missi .

20
Card. Caraffæ cunctatio Sixto Pont. suspecta .

21
Theologi delecti censuram acrem in Constitutiones Soc. ferunt .

22
Card. Constantij Sarnani censura .

Alijs quoque Card. satis factum .

23
Dicta Pontificis in Soc. seuera .

24
Ioannis Hieronymi dictum in concione publica imprudens .

25
Defertur ad
Pont. à Nun-
cio Aposto-
lico.

26
Grauissimè
inde Sixtus
offenditur.

27
Generalis
grauis con-
tra concio-
natorem im-
prudenterem
literæ.

28
Card. Pallot
ta alijs de-
treçantibus
curam pla-
candi Pont.
suscipit.
Sed frustra.

29
Grauia Pon-
tificis verba
in generalè,
& in Socie-
tatem.

30
Ioannes Hie-
ronymus e-
uocatur Ro-
mam.

31
P. Bartholæ-
Blondus iuf-
su Pont. du-
citur palam
in carcerem.

que mores auditores inflammat, in ea erupit verba. Tempora ea esse, quæ & Imperatorem Theodosij, & Pontificem Gregorij similem postulare; verum enim verò, contraria cerni omnia; longèque ijs dissimiles esse, qui præsent. Hæc Ioannes Hieronymus cum haud dubiè inconsideratè effudisset in æstu concionis, sparsa continuo est fama, multo, & acerbior, dixisse eum, Sixtum fauere Hereticis, & Republicanam etiam Venetam perstrinxisse. Quod cum ad Thomam Contarenum Oratorem Venetum à maleuolis esset delatum, isque ad Pontificium Nuncium detulisset Annibalem de Grassis, qui non multo post Madriti obiit; Nuncius decreta statim libera custodia Ioanni Hieronymo, intra Collegij parietes, & interdicta concione, rem nihil ultra exploratam, pro certa ad Pontificem scripsit. Eodem tempore Collegij Madritani Rector Franciscus Porrius, & satisfaciendum Veneto Oratori, Nuncioque Pontificio curauit, & Romanis occursum in commodis, totam rem fideliter ad Generalem Præpositum, cum exemplo habitæ concionis ritè consignato, nobiliumque personarum testimonijs confirmato, misit. Acerbius, quàm dici possit, pupugere Sixti animum Nuncij literæ. Claudius quoque commotus grauissimè est, cum rei grauitate, tum incommoditate temporis. Graues itaque literas in Hispaniam scribit, vehementer Ioannis Hieronymi temeritatem incusans, quod nec modestiæ memor, nec venerationis, quam debent omnes apostolicæ sedi, & præcipuè ab hominibus Societatis haberi B. Ignatius voluit; immemor quoque præceptorum eiusdem Sancti Patris, quibus vetat Præsules, & alios Magistratus, ac Principes in concione verbo perstringi, peruerso zelo abripi se adeo permisisset. Hæc, & alia scribens, insuper & certam ei pœnam decernens, iubet primo quoque tempore idoneum testimonium acceptarum harum literarum, & iniunctæ pœnæ in urbem mitti. Interim veram, sinceramque causæ narrationem, vt ex Hispania acceperat, ad Marianum Perbendictum Cardinalem à Camerino, detulit, rogans vt Pontifici rem sicut erat, vellet exponere. Qui cum Sixti, implacabiliter, vt videbatur, succensentis iram metuens, id officij detrectaret, ad Euangelistam Pallottam venit, atque is quidem nec grauate, nec languidè suscepit causam, egitque. Ceterum (vt pronæ est in deterius fides, & animos prima quæque imbuunt) ita Nuncij literæ Sixti occupant animum, vt responderit, aut falli, aut velle fallere Generalem. Fideliter se edoctum à suis. Neque hoc responso contentus, Cardinali Sanctæ Seuerinæ negotium dat, vt conueniat Patrem Generalem, eique denuntiet, vt Prædicatorem illum protinus Romam sistat, nullam autem, dum eum accersit, mentionem Pontificij iusti faciat, sed nomine suo aduocet. Præterea in quadam consultatione super hac re, vt doloris subinde recrudescente, exclamasse ferunt, etiam Iesuitas Euangelio aduersari, erroremque Christi Vicario affingere, cui in Petri personam dictum sit: Non deficiet fides tua. Nullam interposuit moram Claudius, quin grauibus literis ad se Romam, Ioannem Hieronymum acciret, iustum primo quoque tempore, impedimentis, si quæ obiecerentur, perruptis, in viam sese committere. Hoc rerum in turbine, noua repente turba coaritur, Romæ, nulla alia causâ, nisi quod motus semel suspitione animus, leui momento impellitur: & qui grauiter ex vlcere quopiam dolent, non solum si id vnguis attingat, sed ad omnem circa attractum, atque adeo ymbrem, clamores edunt. Perlato Romam ex Gallia nuntio, Parisios grauissimè premi, in ijsque Cardinalem Caietanum, à Pontifice, eorum motum causâ, superiore anno legatum; iussit Cardinalis propinqui, vt populi precibus ille, & quæ tractabat negotia, pro concione commendarentur, quod cum Bartholomæus Blondus, non sine honorifica Cardinalis commemoratione fecisset, Pontifex cui videbatur Caietanus, plus nimio fauere Hispanis; simplex officium secus interpretatus est, & duci in carcerem

cerem Blondum iussit in Noniam turrin : & Laurentium Magium , cuius ille iussu , per Generalis Claudij fortè tum domo absentiam , id negotij commendarat , sacro faciendo interdixit , nullo præscripto termino . Blondus breui carcere liberatus est , at Magio sacrificandi potestas , quoad Sixtus vixit , nunquam reddita . Hæc alijs temporibus vix notabilia immensos hoc tempore excitarunt sermones , ita auèta in prouincias permanente fama , vt sex exustos Iesuitas , ingentem verò numerum teneri passim affirmaretur . Addebatur & de Roberti Bellarmini Operibus condemnatis , quod non profus ternerè dicebatur . Nam Sixtus cum magni ante faceret Bellarminum , valdeque diligeret , & dedicata sibi ab eo controuersiarum duo volumina pergrata habuisset ; visus est primo haud satis beneuolè accepisse operam , quam Pater in obedientiæ cæcæ defensionem contulit : deinde & ipsum fortasse , vt Cardinalem Caietanum , apud quem erat in Gallia , habere suspectum cœpit . Ceterum offensus est grauissimè lectis ijs quæ idem Bellarminus scripsit lib. v. de Romano Pontifice , circa Dominium eius in Res Temporales , ob quam Doctrinam ne statim in librorum prohibitorum Indicem istum librum referri iuberet , nullæ Doctorum , nullæ Cardinalium defensiones , aut deprecationes exorare valuerunt . quin etiam eundem indicem addito Bellarmini nomine excudi curauit nouis typis . Sed cum editio nondum prodijisset quando est Sixtus Pontifex mortuus , successor eius Urbanus VII. supprimendam abolendamque decreuit . Liberque Bellarmini perhonorifico iudicio Cardinalium Sacræ Congregationis cui cura censendi de libris suspectæ doctrinæ propriè demandata est , omni est nota liberatus . Feruebant interim sermones . Et Sixtus tanto acrius aduersus instituta Societatis persequens , quanto peius casibus hisce recentibus exacerbatus erat , quod per Cardinalium suffragia non impetrarat , per se ipse summa autoritate effectum dare constituit , Cardinalique Sanctæ Seuerinæ transigendæ rei curam imponit . Is accersitum ad se Claudium , vt primum conspexit , Ahia Prophætæ verbis , *missus sum* , inquit , *ad te durus nuntius* . Qua terribili præfatione in expectationem magnæ calamitatis erectus Claudius ; quid ergo ? respondet , an delere Societatem Pontifex cogitat ? Minimè id quidem , inquit ; quædam tamen , quæ ab eo animaduersa nosti , omninò fixum habet mutare . itaque videndum est , vt id quam commodissimè fiat . Inter cetera ipsum Societatis Iesu nomen , vt mutaret Sixtus vel maximè contendebat , siue quod id facillimum impetratu duceret , cum morum ac disciplinæ nihil videretur attingere ; siue quod vbi hoc euicisset , expeditiorem inde gradum speraret ad reliqua . Superbum hoc aiebat esse vocabulum , & iniuriosum cæteris Religiosorum Ordinibus , ac fidelibus vniuersis . Ad iniuriam quoque ipsius Christi redire , cum Sanctissimum eius nomen , non vulgi modo passim , sed etiam in iudicijs , ac foris scribarum , ac tabellionum ore profanum fieret . Onerosum denique esse pijs , quos vbi Societas ista nominaretur ; interrumpere curas graues , & signa edere venerationis , caputque aperire oporteret . Quod enim id hominum genus esse , quos appellare nisi detecto capite nefas esset ? Hæc ferme permouebant Pontificem , cur nouum vellet nomen assumi . At Patres non tanquam res , quemadmodum prima specie videbatur , parui momenti , sed tanquam grauissima , vt erat , ageretur , obnitendum sibi existimabant . Meminerant enim quanta pietate , atque constantia in sacro illo imponendo , retinendoque nomine laborasset , atque certasset B. Ignatius . quod & à nobis res postulat hoc loco paucis retractari . Inde vsque ab melioris mentis initio hæfit viro Sanctissimo voluntas , totum se Christi Domini obsequio mancipandi ; & quia militiæ insueuerat , mutare , quàm deserere militiam maluit . Vt igitur ex similitudine bellicorum laborum , & vniuersæ militaris disciplinæ admoneretur , quid sibi gerendum esset , in eo vitæ genere , quod

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. 1.

R R R 2

medi-

Laurentius Magius sacro interdictus.

32 Rumores inde per orbem falsi.

33 Bellarmini liber notatus.

Sed citò in integrum restitutus.

3. Reg. 14.

34 Sixtus Pontifex Iesu nomen Societati ereptum omnino vult

Quibus de causis.

35 Quam rectè ac sapienter id nomen Societati datum.

meditabatur, toto impetu, & ardore ad famulatum Christi, sub bellica imagine conuerso, Ducem sibi illum proposuit, quem cum videret ad liberandum genus humanum, & ad expugnanda vitia, ad aeterni Patris gloriam bellum gerere, obseruato eius vitæ genere, ac tota bellandi ratione, idem sibi institutum delegit, & vitam, quoad posset, persimilem in propria sanctitate, tum in animis omni ope subleuandis inuicem: nihil expetens, & nihil petens ardentius, quam vt studium suum ecclesiæ Imperatori gratum accideret, inque suum militem sese dignaretur accipere. Quo verò impensius ei inferuiret, consilij eiusdem socios adlegere decreuit, & cohortem conflare, quæ totam Iesu se militiæ deuoueret: eoduce, eique Duci, cultu, armatuque ei persimili militaret: proptereaque cohortem Iesu Societatem vocauit, vt simul nomen admoneret, vires sibi hauriendas ab Iesu, totam in eo collocandam fiduciam suam; cunctam ei vitam, & sua omnia dedicanda; illum denique principium, & finem esse laborum debere. Hoc consilium pro ardentissimo amore, quo Iesum colebat, ac modestia summa, qua sibi de se volebat, multique, ac magnis commoditatibus, quas ex eo sanctissimo nomine videbat in omnes Ordinis sui affectas profecturas, semper animo gessit: vbi verò confirmatus est, oblata illa diuinitus specie, qua Patrem aeternum vidit se, ac socios commendantem, tradentemque Filio crucem gestanti; & Filium, tanquam deuotos sibi milites accipientem ipsos, ac præcipuè patrocinium Romæ pollicentem, vsque eo adamauit, vt cum de condenda familia deliberans, cætera communi sociorum tractaret sententia, hanc vnam eius nuncupandæ prærogatiuam depoposcerit sibi. Nec desuere iam tum externorum quidam, atque adeo domesticorum, qui obiectarent videri nomen inuidiosum: at ille voces omnium fiducia tanta præterijt, vt profiteretur interdum, nisi imperaret legitima potestas, quæ piaculo obligaret, etiam si mortales vniuersi aliter sentirent, nunquam se de sententia sua decessurum. Quin etiam confidere se, nunquam Societati adimendum, sed potius fore tempus, cum & à Pontificibus, & ab Concilio Oecumenico probaretur. Quæ affirmatio pro nota viri submissione, ceteraque facilitate, apertè demonstrabat, vbi nullius hominis moueretur sententia, præstantiore aliqua eum, ac certiore, quàm humana duci noticia. Et planè ita euenit, vt cum ille eam appellationem, de qua non minus, quàm de ceteris institutis, autoritate apostolica probandum laborabat, disertè inuitio formulæ Paulo III. Iulioque item tertio proposita, confirmandam peteret, liberaliter impetraret. Quæ cum ita essent, existimabant Patres pro nobili hoc titulo ita sibi depugnandum, tanquam pro singulari quodam, retinendo diuini patrocinij pignore, tanquam pro dono sacro, ac monumento, quod non ab hominibus, sed ab ipso Deo accepissent. Deus enim vt existimare par est, qui sanctorum Patrum plerisque nomina diuinitus imposuit, quæ & ipsis, & ceteris propria quædam officia, dona, aut mysteria in mentem assiduè reuocarent, Autori huius cohortis Ignatio indicauit, qua tessera vellet eam distingui, vt intelligerent, qui in eam conscriberentur, se non ad quamlibet disciplinam virtutis, sed ad celestem quamdam militiam, ad labores, ad ærumnas, ad crucem, ad res tanquam in acie gerendas accedere: vt meminissent Iesu se esse militem, ab eo conditam Societatem, eidem traditam, & commendatam à Patre eiusdem nomini per terrarum omnem orbem ferendo, illustrandoque deuotam; ab eodem, & vires, & stipendia, & tutelam, & ductum, ac præmia, & omnia expectanda. Vt denique vnusquisque monitorem haberet, qui aures apostolica voce assidue personaret, labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nam profectò quis mundi delicias patitur, militem se Iesu cogitans aduersus delicias centuriam? Quis refurget ærumnas, præeuntem cum Cruce Iesum videns? Quis non magna animo meditetur, &

36

Quam fixus in sententia talis nominis adsciscendi S. Ignatius fuerit.

Prophetia eius de perseverantia possessione eius sacri nominis.

37

Vtilitas eius sacre appellationis ad socios excitandos.

Soc. 51.

capessat fortia Duce Iesu ? & irrumpat in ardua , & duret in asperis , eodem animos , ac vires addente ? Quem vel aduersa debilitent , vel secunda dissoluant , vel confundant dubia sub hoc Duce , huic Duci militantem ? Incredibile dictu est , quantum animi , quantum roboris , & ardoris accedat sacris hisce bellatoribus hæc secum sæpe voluentibus . Ego ne vt de Societate Iesu me feram , & sicut ille ambulauit , non ambulem ? Sed deformem titulum meum , dehonestem Imperatorem meum ? Ego ne dixerim sanctæ huic Militiæ Sacramentum , nec strenuè militem ? aut signa infamis , & sacrilegus deseram ? Pro Cæsare quopiam , pro Alexandro , pro homine conscelerato , ac misero ruant in ferrum , ac faces , signa eorum sequuti , gaudeant sub oculis eorum excipere corporibus tela , & fluentem ostentare sanguinem , & ipsam , dum fortiter faciant , vitam effundere ; ego in oculis Imperatoris mei optimi , & immortalis , me spectantis , in me dimicantis , & mihi ; operam non animosè nauem , pro Cœlo , pro æternitate , pro illo pugnant ? Hæc cogitationes excitat , hos admouet stimulus sanctum hoc nomen , huius cohortis hominibus , & has ob causas impostum est , non ad arrogantiam , non ad ceterorum contemptum . Non enim ita fecimus nostrum nomen commune Christianorum , vt quia nos de Societate Iesu vocamur , alios negemus de ea esse . Non magis quàm S. Paulus , cum Iesu Christi Apostolum se , vel cum Deum suum nominat , alijs iniuriam facit Apostolis , vel aliorum esse Deum negat . Quinimodò ipsum quo gloriamur , nomen Iesu , modestiæ nos admonet , quia repræsentat nobis hominem illum Deum mitissimum , suauissimum , humillimum , qui clamat , *Discite à me , quia mitis sum , & humilis corde* . Memores igitur huius nostri Ducis , exemplorumque eius , ac præceptorum , alios omnes Christianorum , quoscumque bonos cœtus , non modò profitemur Christi Societates esse , sed etiam præcipuas Societates , quem sensum vt explicaret , nobisque ingeneraret B. Ignatius , hanc suam familiam , non simpliciter Iesu , sed minimam Iesu Societatem appellat . Possit igitur superbiæ fortasse verti , si commune nomen ita vendicaremus nobis , vt creptum vellemus ceteris ; sed non ita est , imo alijs ordinibus primatum cedentes , nos minimæ Societatis Iesu appellatione contenti sumus . Neque præstantiam virtutis vllam , tanquam adepti iam simus , hoc nomine supra ceteros profitemur sed necessitatem nobis imponimus id quod profitemur præstandi , quod nemini graue , nobis , imò & ceteris percommodum est . Cur enim quispiam indignetur , si eam nobis notam imprimimus , per quam non liceat impunè mediocris esse sanctitatis ? Si volumus in ipso nomine habere non solatium modò , sed & incitamentum , & calcar ? & publicum in segnitie accusatorem ? Inuitamisque omnes homines , vt exprobrent nobis , & aduersus nos vltro iudices constituimus , si id quod profitemur non facimus ? Igitur excogitare nos vias , & adiumenta conquirere , per quæ meliores efficiamur , nemini debet molestum accidere , cum præsertim omnium intersit esse quamplurimos viros bonos in terris , multoque magis , quod sui muneris est , præstare hanc Societatem , quæ quicquid vnquam erit , sibi soli non erit . Cur autem censetur iniuriosum Christo Domino , id quod per se quidem ad venerationem eius , & gloriam spectat ? Multæ sunt sodalitates , & nonnullæ Equestres , quæ nomen vel à Christo , vel à S. Spiritu , vel à Sanctissima Trinitate acceperunt : sunt passim Ecclesiæ , quæ Sanctissimos habent titulos , multasque habent in foris lites , totumque diem in ore vulgi versantur ; cur igitur diuinorum Sanctitatem nominum nostra potissimum , nomenclatura profanet ? cum præsertim qui per contemptum nos appellant , alijsque permulti , alio quopiam cognomento afficiant ? Illud certe prorsus mirum est , onerosum posse videri cuiuspiam piorum , nomen illud , quod in se omnes continet suauitates . Viri quidem Sanctissimi nihil in corde , & ore frequentiùs habent , vti habebat Paulus Apostolus , & auribus suis

38

Dum id nomen Societas adsciscit non eripit alijs.

39

Nec id superbiæ adscribi debet.

40

Nec est iniuriosum Christo nominari eum ; cum ferui eius nominantur.

cu-

41
Generalis
Cardinaliū
intercessio-
nes implo-
rat.

42
Rationes
Pontifici al-
leganda pro
retinendo
Societatis Ie-
su nomine.

cupiunt momentis omnibus acroama hoc dulcissimum insonare. Quod si alias interrumpi curas non expedit (quamquam non interpellatio hæc, sed condimentum censeretur debere, uti Beatus Augustinus sentiebat, ac scilicet gnorum scripta philosophorum, idcirco minus sapiebant, quod Iesum in- hys non inueniret) quid negotij est, postquam semel totum expressum vo- cabulum fuerit, deinceps Societatem, tacito Iesu, dicere, quod ubique vsus obtinuit? Talia cum Patres animo reputarent, nihil prætermittendum sedulitatis, & operæ existimabant, per quam nominis eius dulcissimi ac saluberrimæ possessionem veterem obtinerent. Itaque Claudius, in quem ut caput, & dolor, & curæ potissimum ingruebant, Cardinalis Sanctæ Severinæ denunciatione audita, quamquam prope actum de re videbat, nec spes restabat profici apud Sixtum posse; tamen ad Cardinalium interces- siones sese conuertit. Singulos adit seorsum, qui sacrarum Quæstionum præ- secti consilio, negotium hoc tractarant, orat, ac obtestatur, Societatis, hoc difficili eius tempore tutelam, ac patrocinium suscipiant, Pontificem- que edoceant, quanta ex hoc eius cæpto sequutura incommoda sint, emo- lumento, ac fructu nullo. Nam quod, inquit, mutari nomen iubet, quas inde voces, ubique gentium, quos strepitus excitari necesse est? Non- enim de nomine agitur hominis cuiuspiam aut obscuri, aut in vna qua- piam solum prouincia noti, sed Ordinis, qui toto orbe diffusus est: & ipsum nomen, quo augustius, ac sanctius est, eo plures suscitabit ser- mones creptum. Quid igitur opinentur populi, quid sermonum, ac sa- bularum serant, ubi videant autoritate Summi Pontificis hoc nomen tan- quam indignis eripi, quod non solum in ore est omnium, sed etiam in- publicis ubique tabulis, ac monumentis, passimque in hominum nostror- um, & aliorum voluminibus inditum, exculptum, excusum est? Neque hæc ad breue tempus tenebit homines admiratio, & gariendi, obre- ctandique licentia, sed ad omnem permanabit posteritatem. Neque enim, quamuis velimus, aboleri memoria poterit, nisi permiscere omnia, & diplomata Pontificum, & ipsum inducere Tridentinum Concilium tanti zeli- metur. Manebit igitur in omne tempus irrogata hæc nobis sine infamia, siue iniuria publicis contestata, & librorum, & tabularum, & sacrarum ædium monumentis. requireretur semper quid rei fuerit Societas Iesu, quid causæ eius mutandi nominis fuerit? Vbi quid respondendum sit, non- magis est nobis, quam Pontifici prouidendum. Quid quod mutato nomi- mine, totus apud multitudinem, maximèque apud Hereticos mutatus or- do videbitur. Iamque non Societas Iesu, sed noua quædam Religio exi- stimabitur; gaudebuntque, & insultabunt Hæretici, quod Pontifex Ro- manus, id quod ipsi vehementer optabant, effecerit. Toti autem So- cietati sine dubio acerbissima plaga erit diuino hoc insigni spoliari, & qui- dem summi ipsi Antistitis, tanquam sacrilegæ sit, & ab suo Duce Iesu reiecta, ac proinde ductu eius, & patrocinio vna cum insignibus iam- prorsus destituta. Denique (PP. Amplissimi) considerandum est, quemad- modum accepturi sint homines, cum id quod à multis adhuc Pontifici- bus receptum, approbatumque est, ab hoc nulla noua causa respui, dam- narique viderint. Non enim maiestati Pontificiæ decorum est, leuiter im- mutari eius decreta. Atque rem verè æstimantibus aliter videri non po- test, quam approbatum à Pontificibus id nomen fuisse, quod in tot eo- rum diplomatibus, apostolicisque literis, non modo insertum, sed ita ut aliud nunquam nomen, neque ipsi, neque sacra Tridentina synodus vsur- pent. Nec verò aliud videretur requiri, ut nomen, aut titulum censetur approbasse Pontifex, quam ut illud recipiat, eo constanter vtatur. Vt aliquid exempli gratia dixerim, Venerandi ordinis Prædicatorum no- men, si quis impugnaret, summo iure, etiam si firmamenta deessent alia, defenderetur ubi planum fieret, sic à Pontificibus summis nominari.

Quis

Soc. 51.

Quis enim iure negaret, quod Pontifices darent? & ex posterioribus Pontificibus cur quisquam adimeret, quod superiores dedissent? Atque est aliquid nobis præterea fortius, vnde liquidò apparet, non modo usurpatione communi, sed proprio decreto nomen Societatis probatum esse. Nam primi nostri Patres, cum primam Instituti formulam confirmandam, Pontifici Paulo III. tradidere, disertè ipso initio postularunt, vt hoc ipsum nomen comprobare vellet, formulam Instituti his verbis exorsus. Quicumque in Societate nostrâ (quam Iesu nomine insigniri cupimus) vult sub crucis vexillo Deo militare. Paulus autem post expositam totam formulam, subiunxit: cum autem nil in præmissis reperiatur quod pium non sit, aut Sanctum, Nos &c. præmissa omnia, & singula tanquam ad spirituales profectum eorumdem Sociorum, & reliqui Christiani gregis opportuna, apostolica autoritate, tenore præsentium, ex certa scientia approbamus, confirmamus, & benedicimus, ac perpetuæ firmitatis munimine roboramus. Quibus verbis quis credat probari cetera, quæ Patres, vt probarentur petebant, & nomen excludi, cum adeo disertè eius comprobatio petatur, & singula ex postulatis, & omnia comprobentur? Si formulam ita Patres concepissent, vt propriè nihil significarent de nomine, tamen id haberet nomen hic ordo, quod Christi Vicarius addidisset; iam cum singillatim suum Pontifici desiderium de ea re exposuerint, & is omnia singulaque, quæ in eorum formulâ sunt, perpetuæ firmitatis munimine roboraret, nonne & nomen firmitate gaudere eadem debet? Vnde enim excidit, vnde exceptum est, quo minus, vel inter omnia comprehendatur, vel inter singula? vel de eo si dubitatur, quid obstat, quin cetera postulata reuocentur in dubium? Quid autem certi erit in rebus humanis, si hæc ita manifesta incerta reddantur? Quod si hanc inducere confusionem, & cancellationibus hanc aperire fenestram non expedit, quid mutatur à Pontifice, quod duo Pontifices Paulus Tertius, deinde Iulius Tertius, qui in suum diploma eadem verba formulæ inclusit, & deinceps alij comprobauerunt? Nam deprehensum postea nomen hoc, minus pium, aut sanctum, aut minus ad spirituales profectum nostrum, aut ceterorum fidelium opportunum, nemo verè demonstrare poterit, cum potius incredibiles utilitates, & grauissima ad omnem virtutem incitamenta nostri homines inde accipiant, & per eam occasionem multis modis, etiam pictis, aut sculptis imaginibus, & conditis sodalitatibus, Sanctissimi Iesu nominis veneratio aucta, & propagata per populos sit. Non igitur eripatur huic Ordini tale pignus (PP. Amplissimi) & tantus sine causa dolor tot famulis Dei, inter hæreticos, vel inter Ethnicos in continuo vitæ discrimine apud vltimos terrarum fines, pro Sanctissimi huius nominis gloria dimicantibus, inuratur. His, alijsque argumentis facilè obtinuit Claudius, vt Cardinales per se se minimè alieni ad agendam Societatis causam vehementius inflammarentur. Sed non æquè expeditum illis fuit cum Sixto certamen, qui nullo nec precibus, nec argumentis loco relicto, vbi superiorum Pontificum vrgeretur exemplis, parum ijs mouebatur. Denique persistente illo in sententia delegantur è sacrorum Quæstorum Consilio Cardinales duo, Sanctæ Seuerinæ, & Sancti Marcelli (is qui Pontifex renunciatus paulò post Urbani septimi nomen assumpsit) qui certam Sixti voluntatem, Claudio denuntiarent. Conueniunt illum in schola theologica Romani Collegij; narrant deliberatum, ac certum esse Pontifici, ex ijs quæ animo præceperat, aliquid tandem extorquere. Leuem nominis causam videri. Iam passim increbuisse vt Iesuitæ vocitentur, hanc assumere nomenclationem posse nullo strepitu: quæ tandem quantum distat à Societate Iesu? Si hoc Sixto concedatur, sperare ipsos futurum, vt in ceteris ab incepto desistat. Tum Claudius satis fidelitati, quam Societati debebat, satis hominibus, Deoque factum intelligens, nullam superesse ultra tergiversan-

43

Sixtus nec alijs rationibus nec Superiorum Pontificum autoritate mouetur.

44

Denunciatur Generali Pontificis vltima voluntas.

Eique illud
acquiescit.

45
Decretum
de antiquan-
do nomine
Sixtus Pont.
à Gener.
Soc. ed. vult
non à se.

46
Decretum à
Generali
scriptum.

Ad Pontifi-
cem mittitur

47
Qui illud in
edictum apud
se retinet vs-
que ad mor-
tē quæ pau-
cis post die-
bus cōgigit.

48
Greg. XIV.
facrum deus
de Iesu no-
men denuo
Societati af-
feruit.

49
Iacobi Xi-
menij affir-
matio ex fi-
ducia Pro-
phetiæ S.
Ignacij.

uerfandi viam videns, & maiora damna si diutius oblectaretur, formidans
cura omni in Deum reiecta; Quandoquidem (inquit) ita fixum est San-
ctissimo, in eius manu sumus, faciat, vt lubet. Feremus animo, quo
religiosos præcipue Sanctæ Apostolicæ Sedi obnoxios decet. At illi: acqui-
Pontificis mens est, inquiunt, vt vosmet ipsi id decernatis, non ipse.
Nolebat enim Sixtus huius sui facti autor videri, fortè quo minus subiret
inuidiæ Boreales apud Principes, qui tantopere pro Societate contende-
rant: & quibus prolixè affirmarat, nihil de institutis eius immutaturum.
Non tamen eam rem agrè Claudius tulit, quod tanto apertior restaret
aditus, ad decretum in tempore antiquandum. Professus itaque, nun-
quam se, nisi Pontificis imperio cogeret, adducendum fuisse, vt quod
ab Ordinis sui Parente Ignatio institutum, adeoque firmiter sancitum fue-
rat, ipse mutaret; quando imperabat Pontifex, obsequaturum sese re-
spondit: domumque reuersus, re cum Assistentibus pertractatâ, formidans
decreti, quod in vniuersam Societatem mitteretur, conscribi iussit. Man-
dando vt à nomine Societatis IESV Nostri in posterum abstergerent.
Hoc decretum cum ad Cardinalem Sanctæ Seuerinæ Claudius detulisset,
rogaretque vt Pontifici ostenderet, an satis è sententia eius conceptum
esset, Cardinalis vbi perlegit, multum commendans, negat opus esse
ostendi, composita sapienter omnia, satisque è Sixti sententia, promul-
garet securus, recipere se Sanctissimum Dominum, non ratum modo ha-
biturum, sed & gratum. Claudius, cui mora quæuis optatissima erat,
Deo nimirum impellente, institit orare, & obsecrare, vt antequam pro-
mulgaretur, ad Pontificem Cardinalis ne grauaretur perferre, cum vt
certius, an satis ei factum esset constaret, tum vt id obsequij, & obe-
dientiæ pignus, ac documentum haberet. Cessit denique Sanctorius.
Acceptit, detulitque decretum. Perlibenter Sixtus aspexit, vultuque se-
renato placere sibi dixit, quod P. Generalis mandata obedienter fecisset,
tum reponit in scrinio: & quia grauiore urgebant causæ totius Ecclesiæ,
grauiusque in dies premebatur, & ante omnia, quia tum maxime tota
Societate precibus insistebatur, ac Deus, quod famulo suo Ignatio præ-
monstrarat, sponderatque Sanctum illud nomen perpetuum fore, idem
tuebatur, ac defendebat. Habuit decretum illud Sixtus in scrinio quoad
vixit, vel oblitus quicquam facere, vel vi maiore prohibitus: quamquam
haud multos ex eo dies superfuit, sexto Kalendas Septembris extinctus.
Ita nomen integrum in præsentia mansit, & post paulo, vt sequenti di-
cetur libro, Gregorius XIV. propriè, ac nominatim apostolico diplomate
comprobauit. Omnibus qui causam prænorant, visus est hic euentus pla-
nè mirabilis, maxime Cardinali SS. Quatuor Ioanni Antonio Facchineto,
qui deinde Pontifex Innocentius IX. fuit. Nuper ei, dum causa deplora-
rata iam haberetur, Iacobus Ximenius Societatis secretarius confirmarat,
quicquid fieret, nunquam tamen fore, nomen illud vt mutaretur: quod
tanta asseueratione, & prope obstinatione modestissimus alioqui Sacerdos di-
xit, vt commoueret ea constantia haud mediocriter Cardinalem & alre in-
eius mentem descenderet. Itaque vbi tandem adeo præter opinionem
cunctam illam vim, & contentionem in irritum cessisse vidit: Age, in-
quit, Ximeni, vnde ea tibi fiducia, vt cum Pontifex Sixtus V. contra-
decesset, tamen vsqueo asseueranter exitum rem habituram negares.
Cui Ximenius. Ego, Pater Amplissime, optimum Dei seruum, virum-
que prudentissimum audiui de nostra familia Hieronymum Natalem, cum-
de ipsomet Parente nostro Ignatio se audisse commemoraret, Societatis
nomen, nunquam mutatum iri. Et quoniam sciebam Ignatium in affir-
mando modestiæ singularis, nihil dubitabam, quin, quod tam affirmatè
pronuntiabat, diuinitus accepisset: simulque gnarus fidelia esse Dei pro-
missa, nihil dubitabam, quin, quod summa illa bonitas famulo suo Igna-
no

Soc. 1.

tio benignè promississet, etiam cum fide præstaret, Delectantur Cardinalium tota narratio, & bonitas Patris. Nos verò decet anniti, ne tam beato, inlytoque titulo, tot diuinæ clementiæ pignoribus tradito nobis, conseruatoque, vilo vnquam tempore videamur indigni. Finis Sixti vt laxauit in Vrbe curas, ita in Hispania tempestiuè Madritum nuntiatum est, postredie eius diei, quo literas à Claudio Ioannes Hieronymus acceperat, per quas Romam accersebatur. Et Io: quidem Hieronymus quamquam valetudinarius ad iter se accingebat. Ceterum subinde cognitum est, nisi Deus aliter prouidisset, telam planè detextu difficilem inchoatam. Confirmauerat Sixtus Sueffano Duci, qui recens in Urbem aduenerat à Rege Catholico missus, & per sanctam sedem deierasse dicebatur, se hominem, vbi aduenisset, capitali ad pontem Adriane molis poena sublaturum, ac ni veniret Religionem ipsam funditus euerfurum. Atque Cardinalis Mendoza etiam postea indicauit, se clam ad amicos in Hispaniam scripsisse, vt omni ope ac studio impedire, ac prohibere aduentum Ioannis Hieronymi in Urbem conarentur: itaque vtrinque premebant angustia, de quibus liberavit nos Dominus adiutor in tempore opportuno. Neque opus fuit, vt se Ioannes Hieronymus loco moueret, Nam Cardinales Sanctæ Inquisitioni præfecti protinus post Sixti obitum respondere, non esse cur Romam veniret. Eidem mox Gregorius XIV. iussu per suum Nuncium grauitè admoneri, vt cautius posthac loqueretur, potestatem conacionandi restituit. Medio Septembri suffectus est Pontifex, Ioannes Baptista Castanea, qui Vrbanum Septimum sese nominauit. Vir habebatur Pontificiæ molis capax, itaque eius Pontificatus mirum in modum, & Urbem, & prouincias ad spem bonam erexit. Verùm in ipso flore spes, & gratulatio omnis in solitudine primo; tum in mœrorem incredibilem vertit, agro, & mox duodecimo Pontificatus die Urbano terris erepto. Noræ vir integerrimus, cum vnus è Præfectis sancti officij fuisset, Santanderi, de quo supra narratum est, innocentiam, itaque simul creatus est Pontifex nihil habuit prius, quam vt finiret causam, & quem dudum custodiâ liberandum curarat, honorificè, omni etiam suspitione criminis absolutum, nullo iure, nullaque dignitate ob eam delationem imminutum declararet. Idque primum fere, ac supremum Urbani decretorum fuisse memoratur: ac bonus Santanderus in Hispaniam, statim remissus est, Rector Segouienfi Collegio præfaturus.

Octauo Kalendas Septembris in Romana Professorum domo Iacobus Miro decessit, annorum plenus bonorum, Hispanus natione, patriâ Valentini, Societati inde vsque à primo eius ortu adiunctus. Conimbriense Collegium rexit primus, & Lusitanam item Prouinciam primus ab Simone Rodericio. Multa de eo in primis harum Historiarum narratur Partibus. Posteriora tempora Romæ modò Assistens, modo domui Professorum præfectus exegit, magnoque vsu fuit pro notitia primorum temporum, moribus Societatis in certas leges redigendis; & antiquitate memoriæ conseruanda, quam vnâ æuo vltimo frugiferam ætatis emerita occupationem habuit. Mira erat seueritate erga se: præ assiduitate verberum, quas maximè cædebat partes, altum callum obduxerat. Totus quoque erat cum Deo, totus in rerum contemplatione coelestium. Magna ob hæc viuo adhæsit, mortuum sequuta est opinio, veneratioque excellentis virtutis. Insequenti mense nono Kalendas Octobris vita finem imposuit in Lauretano Collegio Nicolaus Bobadilla, qui reliquis vnus erat, è primis decem Patribus. Magnam habuit causam cum lætitia abeundi, qui adeo propagatam, roboratamque Societatem vidisset. Sed ille potius inde gauisus est, quod prope sanctissimam cellam Deiparæ, nempe quo loco vitam ipsemet inchoauerat Deus in terris, terminare sibi dedisset: eo magis notabili beneficio, quod cum iam pridem, se ad mor-

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. 1.

S s s

tem

50
Sixti Pont.
ira in Ioan-
nem Hiero-
nymum.

Cui ius con-
acionandi est
redditum.

51
Nouus Pon-
tifex Vrba-
nus VII. Sa-
tanderum
omni nota
liberat.

52
Iacobi Mi-
ronis mors,
& vita sum-
ma.

53
Nicolai Bo-
badilla felix
obitus.

54
Labores eius
magni.

55
Amor pau-
pertatis.

56
In Congre-
gationibus
Prouinciali-
bus actum
de Generali
cogenda.

57
Rationes in
partem affir-
matiuam.

58
Contrarijs
oppositæ re-
uinctæ.

tem comparans obiret pro voluntate Collegia, vix dum è Neapolitana, prouincia Lauretum aduectus, tanquam ad id venisset, morbo supremo decubuit. Corpus, post Iusta à Canonicis, & Episcopo Laureti honorifice, pieque peracta, Recinetum vbi templum suum Societatis Collectotidem laici rosarijs parentare iussi. Fuit sane vir laboriosus, & publicæ utilitatis animarum inter primos cupiens. Peregrinationes peregrit quantplurimas, defendens inter Hæreticos Fidem catholicam, mores inter Catholicos emendans, & excolens; quamquam initio liberior ultra modum. At supremis temporibus, postquam longa viro ætas, & rectè factorum, exuperantia, & primorum decem residuum specimen, longè, latèque notitiam ac venerationem pepererant; simplicitas, & libertas illa in paternam auctoritatem verterat, & vt index boni animi nullo venerationis damno caritatem augebat. Inter eius virtutes eminebat euangelicæ studium, paupertatis, vestes præsertim interiores (nam foris accommodabat se conuersantium vsui) gestabat vilissimas, plurimisque locis interpolatas ipsiusmet manu, quas cum indueret, exueretque sapius cum quadam suauitate osculabatur. Prædixit sæpe vltimum se è decem primis exiturum è vita: ac ioco interrogantibus, quid ita semper in Pontificijs diplomatis postremus ipse inter decem nominaretur, id ipsum cause dabat, quod postremus esset moriturus.

Habiti inter hæc prouinciales Conuentus, & Claudij vigilantia, & Præpositorum prouincialium studio vbique, ac præcipuè, vt erat in votis, in Hispania, cum pace, atque caritate. In omnibus Prouincijs nullam planè excepta, decretum: nullam videri causam generalis conuocandi conuentus: quod quidem in Borealibus partibus ita decretum, vt nullam planè, quæ contrariam partem suadere videretur, apud se extare causam dicerent. Omnia enim rectè ire, suumque tenere cursum, vigente disciplina, ac studio pietatis. In Italia, Hispaniaque nonnihil disceptationis fuit. Erant enim qui censerent, cum liceat Societati conuentus generales habere, id aliquando ius vsurpandum, præsertim cum decimus iam ageretur Generalatus Claudij annus, & ipse quoque B. P. Ignatius decimo anno sui Magistratus Societatem coegerit. Multos etenim superesse è primitiua Societate, quorum oporteret sententias audiri, & spiritum illum, primæuum in commune conferri, antequam mors tantum subsidium, & solamen eriperet. Mutuo conspectu, vsuque inter se Patrum caritatem, incendendam, Denique cum tanta sit Patri Generali prudentia, & probitas, & annorum decem experientia, Societatem ab eo coram vnum in locum collectam, multo plura edoceri posse; multoque acrius incitari, quam Præpositus quiuisset, cum recens creatus est, posset. Hæc dicta à paucis: contra plerique disseruere: Iuris vsurpandi causa, nequaquam cogi debere generalem Congregationem, cum disertè Constitutiones veteris causa nisi grauissima cogi. Patres antiquiores fortasse non lectum iri, etiam si haberetur congregatio, cum aliæ præter antiquitatem requirantur dotes, cur quispiam præferatur, Nonnullos per ætatem, & infirmitatem excusaturos iustè Romanum iter. quod si quid haberent, quod communicandum censerent, posse coram cum Procuratore, qui Romam mitteretur, posse cum Præposito ipso Generali communicare per literas. B. Ignatium habuisse grauissimam causam conuocandi antiquissimos Patres, vt conditas ab se recens Constitutiones illis ostenderet. nec tamen verius eum posse conuentum generalem nominari, quam collationem familiarem, cum perpauci conuenerint, nec quicquam ex certo iure sit actum. Patres instituti posse Constitutionibus, decretisque, & monitis, vt necessaria præsentia Generalis non sit. Totum verti in vsu decretorum, ac legum, qui-

quibus Societas affatim instructa est. Hæc ut concordibus animis vigeantur, cur non in vnaquaque prouincia congregati consentimus? Si singula rectè habeant prouinciæ, toti erit Societati salus, & incolumitas. enim omnes in Domino conuenimus, plerique nostrum præsumt domicilijs, alij sunt è vetustissimis, omnes nos consensu, Deo bene iuuante, capeffamus rem, exemploque, precibus, ac vigilantia vigeamus: iam omnia emendata erunt. Quod tres dumtaxat è nostro numero, si Congregatio fieret, audirent, id singulis dictum putemus, ut hoc loco re ipsa dicimus. In nobis est, quicquid ex alio quocumque optamus cœtu. Quod si quod tempus est abstinendi à generali conuentu, id maximè est: tum ne prouinciæ potissimum Gallicana, & Belgicæ in tanta armorum licentia periculis exponant sua columina, atque his temporibus, cum sunt maximè necessaria, ijs priuent domesticas, & publicas res: tum etiam ne suspicandi ansa detur populis subesse causam, quæ hoc extremum remedium postulet, & aliquo modo notetur Præpositus Generalis, cui tantum tota Societas debet, tanquam per sese clauum tenere nequiverit. Talia fermè ceteris in prouincijs, nec omnia vbique, sed alia alibi disputata. Sed in Romano conuentu plenius in partem vtramque collata rationes. Nam quanquam vnus modo omnium fuit, cui non sane necessaria, sed utilis fore Congregatio totius Ordinis videretur, tamen & ille sententiam suam accuratè probauit, & ceteri nihilo segnus refutarunt. Summa hæc eius orationis erat, quibusdam incommodis emendandis non sufficere summam licet Generalis diligentiam. Probandum igitur ecquid plus possit congregata Societas. Ad hæc sinistras quorundam de Generali suspensiones perspecta coram à Patribus Prouinciarum eius præsentis sapientia & præstans virtus facile purgaret. Deinde querelas ferri de Præpositis locorum, de quibus in cœtu cognoscetur commodius, statueretur efficacius. Præterea videri res, Prouinciarum præsertim remotiorum, non satis semper Generali perspectas, cui quæ deest in eo genere noticia aduentu Patrum ex illis locis abunde accederet. Quinto circa studia literarum vtiliter quædam Decreturos in conuentu Patres. Denique annis iam decem Congregationem non fuisse, quam representari ante mortem Generalis expediret, vel eo nomine quod quæ multorum suffragijs decernitur plus autoritatis obtineant. Ita ille fere. In contrariam partem à grauius viris illa sunt dicta. Primum omnium B. Patris constare sententiam, quæ vtique regula nobis consiliorum esse debeat: conuocare Societatem non nisi raro, causisque vehementissimis oportere. Deinde multos antiquorum Patrum, qui post Ignatium vixere, cursumque Societatis in longa post tempora viderunt Lainium, Polancum, & Hieronymum Natalem, qui vtique non nisi decimo ante anno vita perfundus erat, consueuisse dicere, opportunum ac necessarium fuisse, ut hæc Societati pateret ianua, cogendi conuentus generales propter multos casus, qui possunt contingere, viuo tamen Generali, quam minime frequentes, quamque maximè necessarias ob causas habendos: easque afferebant sapientissimi viri sententiæ suæ rationes: quia & si omnes idem velint, non idem sentiunt omnes: atque ita existunt altercationes, contentiones, ac dissensiones saltem sententiarum, vnde haud dubiè caritas, & voluntatum coniunctio non nihil labefaciatur. Deinde quia vis bonæ administrationis maximè pendet ex obseruantia, ac reuerentia aduersus Præpositum, Generalem: at in Congregatione omnes volunt esse liberi, agereque vehementer, ac fortiter: vnde Libertatem quædam assunt, reportantque eandem in prouincias, quod quidem experiri se Natalis dicebat, cum prouincias visens multo tractabiliore inueniret, qui generali conuentu nunquam adfuisset. Ad hæc cum interdum Præpositus generalis decernat, ac mandet, quæ minus cuiuspiam placeant, periculum est ne Congregationis

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. I.

S 5 8 2

tem-

59

Vnus in Romano conuentu cogendam Generalem Congregationem censuit his de causis.

60

Aliorum contra sententiam prævalentes rationes.

tempore par referre, ac dolorem conetur reponere. Quæ res si timenda Præposito esset, fractior, ac remissior fieret in coercendis, quos oportet. Cum igitur grauissima illa causa, de quibus hi Patres loquuntur, nulla sint hoc tempore, ex eorum sententia sine dubio abstinendum est generali conuentu. Deinde prudentes viros decet consilia ponderare, non ex forma, quam mente fingere pulcherrimam, cuique promptum est, sed ex vsu, moribusque humanis; ex eo denique, quod euenire humanitas solet. Cogitamus florem Societatis conuenturum si edicatur conuentus, ita sanè oportere; sed quis præstabit ita fore? Videmus enim non semper eos ad id in prouincijs designari, qui maximè periti sunt institutionis eius: sed interdum, ex doctrina, aut facultate concionandi, aut alijs huiusmodi ornamentis præferri: vnde fieri potest, vt aliquando non meliorum, sed plurium vincant sententiæ, maximo cum detrimento summe rei. Prudentia autem docet rura sequenda, nec commodi exigui spe, moditatis apparet? Etenim Congregatio generalis, nequaquam potest singularibus obuiam ire loci hominisque difficultatibus, sed tantum vniuersalibus rebus, idque decretis vniuersalibus. Quæ decreta, vel erunt præter Constitutiones, quas habet Societas, & frustra erunt; cum appareat nihil præterea posse desiderari: vel erunt ex ipsis perita Constitutionibus, atque id per sese Præpositus generalis abundè præstabit. Pono inter incommoditates generalis conuentus, illa est nec parua, nec inexperta nobis, quod contentiones, & offensiones creantur. Itaque videtur genus hoc remedij medicamento potenti simile, quod quidem affert nonnullam vtilitatem corpori, sed simul vehementer commouet, ac perturbat humores, vt extra necessitatem planè sit abstinendum. Nisi igitur causæ eiusmodi premant, quibus per sese Præpositus non possit occurrere, vt in Constitutionibus significatur, attendendum non est. Atqui hac tempestate Duce fruimur, tanta virtute, exemplo, prudentia, peritiaque, ac notitia, decem annorum vsu quaesita, vt nihil sit, quod ex illo sperare non liceat: vtique cum multa iam effecerit, multique in locis sua vigilantia, prudentia, animique excelitate perturbationes, & incommoda, vel omnino, vel magna ex parte sustulerit. Quid quod in generali conuentu, arma interdum, quibus minimè expedit, dantur? quod Lainius, & Patres supradicti metuebant. Qui enim non satis benè se gesserunt, qui dolent, quos disciplina corripuit, iudices statuantur ipsiusmet Generalis. Quid igitur ex his recti, bonique, perturbatione commotis, dolorisque sensu corruptis sperare ius erit? Præterea in omni malo dum remedium quaeritur videndum est, quæ sit mali origo, vt apposita medicina quaeratur. Si mala, si quæ in Societate sunt, inde existerent, quod deessent salutaria decreta, cogi posset congregatio ad escandenda: sed cum abundemus decretis, viciumque, si quod est, in eo sit, quod ad vsum minime reuocantur, cum id non ad Congregationem sed ad Præpositum pertineat, nullius erit vtilitatis Congregatio: perindeque erit, ac si manuum agro, collyrio oculos inungas. Quid si vero præterea periculosa sit & noxia? non obscuris quippe indicijs intelligitur, moliri iam nunc quosdam eius occasione per artes ac potentiam innovationem in Instituto quandam. Quare cum instet graue malum, si Congregatio indicatur: si autem non indicatur nihil tale formidetur, quid est quamobrem gratuita nobis accersamus pericula? Quid verò venia mereamur, si irremus Deum, perque planum patente via, in abrupta digrediamur? Quæ cum de rota Societate valeant, non desunt, quæ proprie ad Hispaniam pertinent. Nam illi tumultus, cum institutis visitationibus, tum alijs præsidij diuino beneficio satis videntur compositi: principibusque

P. 8. c. 4 § 5.
c. 2. § 1.

Soc. 51.

cipesque, qui negotium facebant male edocti, iam dedocti recte sentiunt, seque benevolos præbent. Itaque nulla est eorum respectu tumultuum Congregationis necessitas. Quin potius morbi reliquæ ex occasione repullulacerent, externique in eam intruderentur Magistratus, ac Principes. Neque solum externi possent Societati negotium facere, sed illi etiam, qui noua moliuntur nostrorum è numero, per alienum patrocinium in Congregationem irrumperent, & sua cogitata conarentur efficere. Quod verò dicebatur esse aliquas in Societate agras partes, & quærenda potentiora remedia, plausibilis est dictum, quàm ad rem conueniens. Quæ enim adhibere Congregatio potest remedia, vt dictum est, ea sunt in decretis, quæ noua condantur: at hæc nec onerandus est Ordo, minimèque egemus, quin abundamus potius. Vis igitur remedij non in coacervandis est legibus nouis, sed in veteribus obseruandis: quod vt fiat non ex consilio Societatis, sed è studio generalis Præpositi pendet. Quin igitur, inquit, ille medetur, si eius in manu est? Ille quidem totus in hoc est, vires, curasque contendit: multa effecit, multa molitur, ac sine dubio plura effecisset, nisi difficultates temporum obstitissent: quæ cum iam incipiunt fieri mitiora, nihil præterea requirendum erit. At eius conspectu, vltique reconciliabuntur, qui alieniores sunt: id verò longè abest à prudentia sperare. Nam primum verosimile non est hos potissimum lectum iri in Prouincijs, vt veniant Romam: deinde si legantur, incidimus in periculum illud, ne arma demus inimicis, iusque peragendi, nouandique perturbatoribus, quæ cupiunt. Ad hæc si vlla possent mitigari benignitate, iam prorsus amarorem omnem deposuissent. Nihil enim Præpositus Generalis clementiæ, indulgentiæque prætermisit. At illi non clementiam, sed licentiam volunt: non tam Præposito generali, quàm religiosæ disciplinæ infensi, infestique sunt: neque nos censuras, & tribunalia tentauimus, sed ipsi se induerunt in censuras facitoribus suis: ipsi res nostras ad tribunalia, ac fora externa detulerunt. Nec sane, siue ad constituendos moderatores, siue ad alia decernenda, maiorem notitiam Generalis ex conuocatione Societatis accipiet. Nam octo ferme sunt anni, cum formulam misit in omnes prouincias, vnde satis, quantum patitur imbecillitas humana, de idoneis ad gubernandum edoceret. Deinde Prouinciales, qui coram docerent, iidem essent, quorum absentium literis, nimium tribui multi queruntur. Duo qui præterea cum eo accedunt Patres, quantum tandem possunt amplius docere, quàm qui tertio quoque anno mittitur Procurator? Quanquam re vera si consiliarij suo fungantur scribendi munere, vt funguntur, cumque tanta sit alijs quibusque scribendi libertas, & sane fidenter scribant, nihil est vltra, quod ad notitiam Præpositi iure cuiquam desiderandum superfit. Nec verum est studia literarum iacere, neque ad opinionum delectum opportuna generalis Congregatio, ad quam doctissimi quidem viri conueniunt, sed tamen fieri potest, vt aptissimi eius rei iudices absint, qui sunt ferme, qui in gymnasijs, ac tractatione disciplinarum consenuere. Potius igitur ex vsu videretur, si in tota Societate, & Doctissimorum sententijs, & experimento ipso res penderetur, quàm deinde generalis conuentus, qui alias ab causis fieret, ad perpetuitatem firmaret. Quod si annis iam decem nunquam conuenimus, gratulandum Deo est, quod causa non incidit: ac supplicandum, vt in tempus quamlongissimum differat. Nam in corporibus quidem humanis, beneficio est longo tempore medicamenti non eguisse. Illud quoque non nisi inanem habet speciem, fore, vt perturbatores, quique eis patrocinantur externi, conuentus generalis iudicio acquiescerent. Nam si non modò Præpositi generalis nunc autoritatem ita vilem habent, sed etiam aliarum generalium Congregationum, quid speremus de hac? At illi non modò Congregationes generales, sed

&

61
Concluditur
in conuentu
Pr. Rom. Ge-
neralem Co-
gregatione
non cogendam.

62
Duo Assisten-
tes à Gene-
rali discor-
des.

63
Dubitatio
de validita-
te suffragio-
rum arbitrio
trium Iuris
consultorū
soluta.

64
Generalis
Procurato-
ribus se pur-
gat.

65
Creatio
Greg. XIV.

ipſius B. Ignatiꝝ ſapientiam, & autoritatem proculcant, præque ſua dant; & commutare inſtituta volunt, & nouam de ſuo ingenio Religioſam fingere: ac denique ipſorum Romanorum Pontificum audenti diploma, & Conſtitutiones inuadere, & criminari. Quid igitur ſpei eſt nouo conuentui ceſſuros, qui ita cum hominibus, ita cum Deo pugnant? Hæ cauſæ tantum valere, vt omnes præter vnum, vt dixi, in eam ſententiam ſtudio ſummo conceſſerint, nullo modo conuentum generalem tantum. Hæc paulò ſuſius hoc dumtaxat loco, præter morem, & citra ſemel relata ſunt; vt in anteaſſum intelligatur; quam & à ſenſu Prohinc anno, vt ibi dicemus, tanto quorundam priuatorum ambitu agitata ſunt, ad Congregationem Generalem hoc tempore cogendam. Sed iam quæ in conuentu Procuratorum ſunt acta reddamus. Tam Romani Procuratores plerique ad diem venerant. Verum cum Hiſpani deſiderarentur, nauigatione tardiore uſi, opperiri eorum aduentum placuit. Qui cum ſubinde aduiſſent, octauo poſt ſolennem die, Congregatio cepta. Erant in Aſſiſtentibus, vt ſupra dixi, Emmanuel Rodericius, & Paulus Hoſſæus, SS. Baſilij, Bernardique libenter libros terentem, alienum ab Societate ſpiritum ſequi putabant. Hi Procuratorum animos hac opinione implere conati, perpulere non paucos, vt ceſerent: Congregationem cogi debere; unde factum eſt, vt ſuffragia prope æquarentur. Fortè autem euenit, vt Patrum quidam ſuum, & Claudius duo, quæ ipſe fert ſuffragia, ita conciperent: non videri ſibi Congregationem cogendam hoc tempore; quod fecere bona fide, & illud ſignificare habentes in animo, haud ſe abhorre à conuentu generali, ſed alienum præſenti ceſere tempore. At Rodericius, & Hoſſæus, dubitare ceperunt, an legitima eſſent ea ſuffragia, & abſolutam negandi vim obtinerent. Videri enim aſſiſtare, cogi Congregationem debere, ſed tempus dumtaxat præſens excludere: & quanquam vt controuerſiam dirimeret, ipſemet Claudius explicaret, à ſe lata illa ſuffragia, & quare ita concepta eſſent: tamen vt nihil dubitationis reſideret, cauſa cognoscenda egregijs tribus iure conſultis eſt tradita, qui omnes conſenſu reſponderunt, quoniam nunc quaeretur de inſtante ſolum triennio, cum in tricennium ſequens, noui deligerentur Procuratores: qui ceſerent non cogendam Congregationem hoc tempore, abſolute negare cogendam, quantum pertinet ad autoritatem præſentis conuentus, in quo poteſtas Procuratorum ſtatim expirat: de alio enim tempore aliorum eſt cernere. Hoc reſponſo planè controuerſia ſublata eſt. Sed Claudius ne Procuratorum quiſpiam de ſupremo Societatis capite in Prouinciam ſuam parum vtilem autoritati, bonoque publico opinionem referret, cunctis ſeorſum, ſine Aſſiſtentibus, conuocatis, purgandum ſeſe putauit: quod facillimum factu fuit, cum res adeo ſutili ſuſpicione niteretur. Nam qua decebat Religioſorum Præpoſitum, niſi ſacrarum ſcripturarum, & Patrum ſanctorum lectione paſci, ac doctrina imbui? Inſtituta enim Societatis inde petita, inde confirmanda. Addidit de diſſenſione inter ſe Aſſiſtentium, iubens latos, ſecurosque diſcedere, nam ſe remedium efficaci admoturum. His verbis, & congreſſibus priuatis cognita magis, magisque, & probata ſingulari virtute Claudij, atque prudentia, exhilarati Procuratores, hoc etiam latiores in ſuas quiſque digreſſi Prouincias, quod paulò ante digreſſum poſt longa Cardinalium comitia, nonis Decembris nouus creatus eſt Pontifex Nicolaus Sfondratus, qui uti Gregorij Decimi quarti nomen aſſumpſerat, ita pro ſua virtute excellentique pietate in totam Eccleſiam, ac proprio quodam erga Societatem ſtudio, repræſentaturus animum, & tempora Gregorij De-

Soc. 51.

Decimertij sperabatur. Magni idem faciebat, & familiariter diligebat Claudium generalem, quem postridiè, quam creatus est ad se aduentem ut vidit, vltro humanissimè compellauit. Cumque ille humiliter veneratus esset, ac Societatem de more obtulisset: non poterat, inquit, cadere in quemquam hoc munus, qui magis esset affectus in hunc vestrum, Ordinem, quem nos amamus; & magni aestimamus. Ora Dominum, cum tuis Patribus, ut vires nobis, ad ferendum onus, quod imposuit largiatur. Sub hæc inter alia paternæ benignitatis indicia mille nummum aureorum Pontificatus initio, Domui Professorum ad as alienum dissoluendum dedit, & quinquagenos deinceps in mensem assignauit. Idem post paulo ingenti cum bonorum gaudio, & Sanctæ Ecclesiæ bono, Cardinali Comense tum sua sponte, tum Claudii Generalis hortatu, instante, Seminaria omnia, quæ Gregorius XIII. inchoarat, non solum confirmavit, sed etiam, quæ iam à Sixto sub vltima tempora derelicta, vel vehementer lababant, assignatis ex ærario Pontificio pensionibus in integrum restituit.

In Prouincia Neapolitana Salernum, Consentiamque iusta deducta Collegia. Illic Ioanne Nicolao Perella, hic Fulvio Butrio Rectoribus primis: vtrouique bina latinitatis instituta classis, sed Consentia ante annum extremum addita tertia: vbi cum sodalitates tres superiore iam anno instituta florere, Salerni anno sequenti excitata quatuor: vna ex Nobilitate, quam ipse Archiepiscopus sua cohonestauit præsentia; altera è Iuuenibus publicum vrbis gymnasium grauiorum disciplinarum causa tenerentibus. tertia adolescentes Collegij auditores, postrema Vrbanos complexa opifices. quæ singulæ optabiles progressus, & fructus habuerunt. Par virorum virtute insignium ad recuperandam valetudinem Roma missum, decessit Neapoli, Hieronymus Vbalinus; humilitate præsertim, quam vel adeunda Societate relictis ecclesiasticis honoribus palam fecit, memorandus; & Augustinus Iustinianus nobilis Theologiæ Doctor, nec minus in Religione cultuque diuinarum rerum, quam in explicatione præstans. Hic postridiè Kal. Martij lætissimus, ille Quarto idus Ianuarij compage corporis exsoluit. Ceterum insignem famam Sanctitatis reliquit Syracusis in Prouincia sicula Michaël à Lataualle; homo haud multa fortitus talenta, sed dignus omnino, qui ob eximiam fidelitatem in paucis super multa constitueretur. Patriam habuit pagum modicum Moriaccium nomine, prope Augustam Prætoriam in Insucribus, anno 1550. Quarto Idus Maij tricenario maior in Societatem Romæ à B. Ignatio admissus, ætate ibi in humilibus, instructoris mensæ, coqui, promique ministerijs exacta, autumno ineunte in Siciliam missus; Panormum ipso S. Michaëlis Archangelorum Principis die appulit, quo die ipse quoque Iacobus Lainius rediens ex Africa, post Aphrodisum à Prorege Ioanne Vega captum, adfuit. Messanam inde Michaël translatus, factusque Sacerdos infimam puerorum classem docere cepit. Si quid residuum erat orij, munia Sacerdotis magna omnium approbatione obiens. Itaque Annibal Codrettus 1554. de eo ad B. Ignatium scripsit his verbis. Michaël à Lataualle humili sua obedientia, charitate, simplicitate, pietate præluens omnibus, multum affert huic Collegio adiumenti. Ac profectò res digna est Dei laude, quanta voluntate, lætitiæque infimam classem instituit, semper valens, ac lætus in laboribus suis. Occupatur quoque, sacris præsertim diebus, confessionibus audiendis, & singulis Dominicis concionatum abit ad Ioannis Oforij Abbatiam, non magna facultate, sed quæ ei loco fit satis. Anno proximo missus ad recens Collegium Syracusanum, in eo ad supremum vsque diem, primò in docendis pueris, deinde in curandis animis, omni conatu, adiuuante Deo, perseverauit. Totus erat in macerando corpore; totus ardebat zelo animarum; totus Deo, ac diuinis

66
Eius amor
in Societatem.

67
Seminaria
confirmat
& restituit.

68
Ortus Collegiorum
Salernitani &
Consentini.

69
Sodalitates
vtrouique
instituta
plures.

70
Hieronymi
Vbalini &
Augustini
Iustiniani
felicis obitus.

71
Summa vitæ
Michaëlis à
Lataualle.

72
Literæ
Annibalis
Codretti ad
S. Ignatium.

73
Michælis
virtutes.

iphærens. Suam in proximis charitatem sub annum 1576, cum pestilentia Syracusas, & magnam Siciliæ partem oppressit, longè, lateque exereuit, nulla sui cura, & corporibus, & animis pestilentium succurrens. Iam prope septuagenarius infuit à P. Generali, vt ad Sinas mitteret. Crescit enim famulis Dei laborum cupiditas, quo se vident propiores lecti. Cum prope abesset à morte, sacro viatico nequaquam se dignum existimauit, antequam de suo perpetuo ante sacram Synaxim more, factu; ingens conuenit ad funus frequentia, ingens in rapendis, discedendisque vestimentis, quæ pro reliquijs asseruarent, inter omnes certamen exarsit. Multa etiam ex his reliquijs, consequuta deinde miracula: quæ propter, ita Syracusanorum in eum aucta est obseruantia, vt anno 1666. Ioseph Saladinus Antistes ritè cognosci de ijs miraculis, & Patris virtutibus adhibita iuratorum testium fide inuenerit, totamque causam in Urbem miserit, additis literis, & suis, & Ciuitatis, quibus à Paulo V. Pontifice postulabant, vt eum in Beatorum numerum cooptaret: quanquam eas literas reddendi, cum multa eiusmodi Beatorum causa per id tempus feruerent, opportunitas in præsens visa non est.

74
Eiusdem
mors sancta

In Prouincia Veneta inter susceptos peregræ labores, apprimè fructuosus Iustinopoli fuit. Vrbs ea Istriæ maritima est, cuius & caput vulgò dicitur. Magno Antistitis precatu ad quadragenarias conciones cum Socio missus Bernardinus Merenda, qui, vt erat laboriosus, acerque operarius, nec malus diuini verbi minister, nequaquam quotidiana ditione contentus fuit; verum diebus festis sub vespertinam psalmodiam de Sacramento penitentia disseruit; singulis autem diebus salubrem exercitationem induxit, recolendæ Christi passionis. Sub noctem dabatur campanâ signum; protinusque & magistratus omnes, & cuncta ferme nobilitas, & è populo frequentissimi accurrebant, sic, vt cum primum ad aures status sonus accideret, negotia cuncta desererentur. Tum capitaneus Pater meditationis proponebat, & vna meditabatur, adeoque exardecebat in promiscua multitudine diuinus ignis, vt nec gemitu, nec lacrymis abstinere. Valde per hæc studia mores correcti; peccatorum excitatus dolor, & odium; ac frequens Sacramentorum viurpatio introducta. Nec tamen quicquam erat, quod Dei famuli aut charitatem expleat, aut vires delassaret. Idem Cœnobijs Virginum exhortandis, excolendisque operam dabat. idem instituendis christianæ doctrinæ scholis occupabatur, quas numero quatuor satis fundatas præfectis viris, famulisque honestis reliquit. Idem aures præbebat confitentibus tanta assiduitate, vt, præter ceteros, de tota vita confitentes plus ducentos audierit. Itaque tanta laborum perpressio, & assiduitas, non solum re utilis erat; sed & exemplo mirabilis; apparuitque pridie eius diei, quo discessurus erat, quam populum sua virtute, industriaque deuinctum haberet. Cum enim tanquam ad supremum conuiuium inuitasset in eum diem ad cœleste epulum, tanta fuit hominum frequentia, vt concioni tempus, locusque relictus non sit.

75
Miracula
post mortē

76
Iustinopoli
in Istria res
bene gesta à
Bern. Merenda.

77
Misonice
fructuosæ
per Italiam.

Similia his alibi gesta, & in Prouincia Mediolanensi præsertim, missi Casaris Speciani Nouariensis Episcopi per ligusticam oram, vbi oppidaviginti lustrata, & in ipsa Vrbe Nouaria, & in finitimis Germaniæ vallibus, opima fructuum, non minore laborum messe. Ex Aronensi Domo Genuensique Collegio Sacerdotes ad hæc profecti culturas. Taurinentes vallem, cui à præcipuo pago Lanzum est nomen, excoluere. Ad fontes Sæura fluij iacens ad oræ subalpinae extremos fines, longitudine millium quatuordecim, latitudine varia, & quæ alicubi longitudinem æquet, porrigitur, in octo diuisa partes, quibus singulis obeundis profectum est: instituto etiam monte pietatis ad succurrendum egenis, & detrahendum

auaris foenerandi materiam. Sed ad perpetuitatem fructus curatum, ut bis in hebdomada Curiones unum in locum conuenirent, deque officiorum, quaestionibus, & adiuuandi populos sibi commissos vijs agerent inter se; mutuisque concertationibus, & colloquijs, cum prudentiam explicarent, tum incitarent industriam. Duo erant Montes, quorum in altero pastores narrabant, monstrum apparere in varias se formas subinde commutans. Neronem vocitabant, haud dubij Dæmonem esse; in altero singulis annis, lactis, casei, butyrique primitias certo loco ponebant, opinione imbuti, si id omitterent, aut pestem pecori, aut sterilitatem superuenturam. Vtraque superstitio in laudabilem conuersa morem, inductis hisce pastoribus, ut Immortali Deo primitias suas offerrent, nec aliunde opem, salutemque sibi, suisque rebus sperarent; item, ut renouato, quod ob hanc rem conceptum olim erat, voto, certæ quotannis eleemosynæ erogandæ, nunquam montem nisi expiati, caelestique menta præmunici subirent. Lacum præterea inter abrupta montium ferebant esse, in quem si lapidem, quamuis minutum conijceres, tempestates maximæ cicerentur, haud obscuro Dæmonum ibi stabulantium argumento. Ad eum Sacerdos noster precibus, & sacrificio præparatus, cum Parocho, & altero viæ comite iter intendit. Cumque iam prope accederent, præter locorum vastam deformitatem, auxit horrorem, è sereno nubilum repente coortum, quod paulatim latius fundens se, & inhorrescens foedam minabatur procellam; tamen constanter processum, quoad inter desertas cautes, & pendentes vndique rupes lacum circi figura vident: tota facie loci adeo infirmi ac tristi, ut haud temerè cubile Dæmonum crederes. Ab salutari signo crucis exorsus, inchoat Pater Litanijs, respondentibus Socijs; deinde in Sacerdotali amiculo stolatus, consuetas Dæmonibus effugandis adiurationes aggreditur. Quas ubi peregit, lapides ternos, cerei agni adalligata particula, Sanctissimam inuocans Trinitatem, iaculatur in lacum; nec quicquam tumultus, aut tempestatis existit. Vnde assumpta socij quoque fiducia, alia atque alia, ut temerè iacebant, saxa deieciunt, nec quicquam præter solitum infremit, aut mouet lacus. Ita vel Dæmonum compressa vis est, vel superstitiois, pauorisque accolarum vanitas patefacta. Porro Genuæ vehementer aucta Christianæ doctrinæ exercitatio. Nam quamquam plures ad hanc diem erant scholæ eius institutæ, tamen à vulgari plerumque populo frequentabantur. Hoc autem anno maiore cum dignitate, ac pompa tradi cœpta, tanto studio nobilium sceminarum, ut ipsæ filias ad templa deducerent, numerarentque in summi beneficij loco, si quid illæ iuberentur publicè respondere. Haud minus profectum in turba remigum, ad triremes erudienda, principio ducto à Genuensi Prætoria, moxque in alias traducto exemplo. Tanta cum voluptate, ac mutatione vitæ homines fermè desperati susceperunt culturam, ut iam pro pagellis lusorijs, libellos precationum, rosaria pro taxillis, manu versarent, pro spurcis, & facilegis vocibus christiana præcepta, haud sine cantico vsurparent. Mane, dato signo campanulâ, dabant precationi operam, lustrali aqua aspersi; tum intentis manibus, oculisque, orationem Dominicam, angelicam, salutationem, apostolicum symbolum, aliasque id genus preces, pro sacro celemate decantabant. Vesperis erant edocti conscientiam explorare; factaque, ac dicta diei totius recognoscere. Interdum certi erant constituti anagnostæ, qui ad proram, atque ad puppim, è pio libro accommodatum vsui, temporisque quidpiam lectarent. Rosarij inducta sodalitate, ter in hebdomada mysteria eius communiter percurrebant. Itaque videbatur vnaquæque triremium in orationis domum conuersa. Et sanè Cardinalis Saulius, cum post Sixti mortem, impetrata à Senatu Prætoriam Romam nauigaret, narrabat deinde: mirificè se aliquando delectatum cum primo nostris silentio repente insonuisset mare, & cœlum, vno è

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. I.

T T T

nau-

79
Superstitio-
nes abolica.80
Lacus super-
stitione pur-
gatus.81
Celebritas
Catechif-
mi Genuæ.82
Ibidem tur-
banauis in
triremibus
exulta.

83
Templum
Genuens
Collegij æ-
dificatur.

84
Corpus S. A-
mantij in
templo Co-
menfi con-
ditum.

85
In Polonia
liber famo-
sus in Socie-
tatē editur.

Epist. 4.

86
Detectis
calumnijs
multi Socie-
tati concili-
antur.

87
Insignis re-
conciliatio,
opera Cam-
pani facta.

nautis præeunte ; reliquâ subsequente turbâ , carminibus pijs , sic ut al-
ternis incipientes , & desinentes alternis , musicorum imitari concentum.
tanto suavius , quanto religiosius viderentur . Adeo quod in portu didi-
cerant , etiam conseruabant in cursu . Templum Genuens Collegij Kal-
Augusti sacra caremonia ædificari cœptum , per absentiam Archiepiscopi,
Vicario eius cum maximi templi Canonicis solennes obeunte ritus . Pron-
pta fuit ad impensas Ciuium liberalitas , sed præcipuus autor operis , ac
perfector ipsa de Societate Marcellus Pallauicinus fuit . In templo Colle-
gij Comenfi magno apparatu S. Amantij corpus collocatum est , sub al-
tari maximo in arca marmorea . Donarat sacrum hoc pignus quarto ante
anno Ptolomæus Gallius Cardinalis indidem ciuis . Concurrit frequens
multitudo ex adiacentibus quoque oppidis ad spectaculi celebritatem ,
quam Ciuitas arcubus , aulais , ceteroque ornatu viarum , quâ pompa
ducta est , magnificè illustrauit . Collegæ autem totum apparatus exhila-
rarunt , arca templi , temploque , ingenij maximè operibus conuetsito .

In Polonia , vt semper parata est obrectatio virtuti , & pro religio-
ne pugnantibus dimicatio impiorum , exijt anni huius initio incerti auro-
ris famosus libellus ; cui , Actio equitis Poloni aduersus Iesuitas , titulus erat .
Quâ de Actione nihil præterea dicendum est , cum satis ipsa se apertis
mendacijs iugularit . Nam , vt ait S. Chrysofomus , huiusmodi res falsitas
est , vt his rationibus dissoluatur , quibus terendit insidias . Abunde
etiam statim , cum ab alijs , tum robusta confutatione , quam spongiam
nominauit , ab Stanislao Rescio , viro docto , pioque deleta est . Porten-
tosa id genus calumniæ testimonia sunt rectè factorum . Quò nobis (in-
quit admirabilis vir S. Paulinus Nolæ Antistes) gratiam mundi , que est
odium Christi ? Rectè item S. Ambrosius . Quod vitiosi oderunt , hoc
apud bonos sincerum , ac pium est . Ceterum quia Dei sapientia ex ma-
lis originibus educere salutare exitus nouit , non pauci nobilium , quanto
grauis , ante præoccupati calumnijs , exosam Societatem habebant , tan-
to deinde , cognita æquitate , beneuolentius amplexati sunt . In his fuit Do-
minus Secignycinski Sydlouienfis Præfectus , qui insigne in hunc Ordinem
odium , in tantam commutauit charitatem , & obierantiam , vt cum
grauissimè læsus ab suo genere , nulla procerum autoritate , nullis preci-
bus ad condonandam flecti potuisset iniuriam ; ad extremum vnus Io: Pau-
li Campani Prouincialis pacificatione , contentus esse voluerit . Redierat
Campanus ex Lithuania primo vere Cracouiam , inde in villam Craco-
piensis Tyrocinijs ad eam conciliandam pacem excurrit . Spectaculum pla-
nè dignum christiana nobilitate editum est . Circum stabat corona ingens
nobilium Polonorum . Constitit in medio læsus socer Iacobus Secigny-
einski ; mox ad eum productus Gener Abraham Prouana nudo vertice , fle-
xo genu , veniam precari , multa cum summissione exorsus , nec sine la-
crymis , post pauca verba inter eius pedes os adprimit solo . Cumque in
in eo habitu perseueraret , grauem orationem socer ingressus , nunc reum,
nunc adstantes compellans , indignum in sese facinus admissum exagge-
rabat , tanto cum motu , vt omnes ad fletum compulerit . Sed nullus
ipso grauius reo commotus , qui (eques erat ex ordine S. Lazari) ca-
put attollens , gladium , quo erat accinctus distrinxit , ac porrigens So-
cero , accipe , inquit , feri , cade noxium caput . Dele quo exemplo
libet iniuriam . At ille sensim ex feroci , atque exprobrante mansuetsens .
Viue , inquit , quod nullæ mortalium extorsere preces , immortalis Dei
nutui , Sacerdotumque eius (Campanum intuens) quod detrectare nefas
est , imperio do , atque condono . Viue , assurge , habeto sanè telum
istud , sed posthac benè , christianèque vti memento . Sub hæc cum ho-
minem alleuasset arte complexus , recepit in gratiam , cunctis valde mi-
rantibus , ingenium præfrox , & implacabile , grauius læsum sic deli-
nitum

nitum fuisse. Sed gratia Christi nihil est durum. Latus hoc successu Campanus, latus quoque ab Vrbe accepit nuncium. Polonica Vistatorem Prouinciae Ludouicum Massellum mitti. Latissimus deinde vidit, complexusque Massellum est, gaudens adesse, quem audire, venerarique posset; non in prouincia modò componenda, sed in omni vita sua regenda, magistrum ac ducem. A quo pro cetera Sigismundi erga totum Ordinem pietate accepti, perrexere Niesuisum, quem in locum Congregatio Prouincialis edicta erat. Impetrauerat id, tanquam oppidi sui, & Collegij ornamentum Nicolaus Christophorus Raduillus, qui hac ipsa tempestate cum Palatinatum ante Vilnensem, Lituorum primum, repudiasset, primum ab eo Trocensem prae verecundia vltro deferentis Regis accepit. Porro coactos ad conuentum Patres, non pristina modò benignitate sua tractauit, cuncta ad impensas, quoad Niesuisij egere suppeditans, sed & Rectoribus viatica ad sua repetenda Collegia, & Stanislao Grodicio, qui lectus est Procurator, ad iter Romam vsque suppeditauit. Iampridem ambigebatur, quòd satis opera vnus Prouincialis, vt inter adeo distita domicilia, esse non videbatur, vtrum Prouinciam in duas diuidi oporteret. Deinde, quia fessus labore, ac morbis bonam iustamque missionem Campanus post nouem annorum Prouincialatum perebat, vnde successor ei sufficiens esset, cum si fieri posset Claudius Generalis vellet ex ipsa met legi prouincia. Vtrumque hoc caput Praepositi Generalis iussu in conuentu tractatum est; ac nemine prope discrepante visum, nullo modo Prouinciam ad eam venisse maturitatem, vt posset si diuideretur, altera sine altera stare, Prouincialem verò curandum omnino, vt ex Italia à Praeposito Generali, ac fermè Italus mitteretur. De quibus capitibus cum Cardinalis inaudisset Raduillus, pro eo quantum & Societatem amabat tanquam vnus ex ea, & vtilem patriae suae cupiebat, ad Generalem Praepositum accuratè perscripsit, id quod in conuentu decretum erat, vtile multas ob causas, prorsusque necessarium confirmandum. Ita vtraque in praesens ommissa cura. Progressus deinde cum Prouinciali Vistator in Liouoniam ab remotissimis partibus inspectionem inchoaturus, Polociae, Derpatique rebus compositis, Rigae perplexum negotium reperit. Nam cum post anni superioris certamina Rex causam fecisset suam, nihil dum exprimi vltra potuerat, quam vt templa non Societati, sed Regi restituerentur, transactione causa totius in proxima referuata comitia, Collocauit tamen Prouincialis in S. Iacobi aede, tanquam patronus catholicum Sacerdotem, Societatis petitorum, & ipsemet catholico ritu publicè ibi sacrificauit. Inter haec cum, & regionum vastitas albarum ad messum, multas postularet operas, & Praepositi generalis incitaret hortatus, in sexdecim diuersa loca, duae, & triginta dimissa euangelicae operae, euellendis superstitionibus, moribus repurgandis, restituenda catholicae fidei enixè insistebant. In Podoliam, Camenecum, & plagas circumiectas missus Gaspar Nahaius, latissimum habebat apostolicae expromenda campum industria: qui vti non patiebatur materiae deesse conatum, ita faciebat Deus, vt conatum sequeretur successus. Itaque coeptum magnopere agi de Collegio, tanquam de praesidio quodam Cameneci ponendo, Camenecensis Episcopus Stanislaus Gomolinus, frater Andreae Gomolinij (de quo memoratum est alio loco) & eius orae Praefectus Nicolaus Iaslouecius coniunctis studijs contendebant. Aptissima sedes iudicabatur, cum esset in finibus regni, Turcae, ac Tartarorum ditioni affinis, vnde praestaret educi operas ad ipsiusmet culturam Moldauiae, paucis milliaribus distita, quam intra Prouinciae eius fines, in qua vt Turcae subiecta, nihil stabile, ac fidum esset, sedem locari. Contendebat sanè Bartholomaeus Brutus, vt in Moldauia Collegium fieret: ceterum inopia operam

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. I.

T T T 2

rum

88

Vistator eū
Prouinciali
à Rege bene
uole accepti

89

Congrega-
tio Prouin-
cialis Nies-
uisij.

90

Liberalitas
Christopho-
ri Raduilli
in Patres.

91

Prouincia
diuisio rej-
citur.
Et Prouin-
cialis ex Ira-
lia optatur.

92

Rigenes tē
pla restituēte
Regi non
Societati.

93

Sedecim pa-
ria nostrorū
Euangeliza-
tum per pa-
gos missa.

94

Agitur de
Collegio
Cameneci
ponendo.

95
Liberatio
Energume-
ni Catholi-
cam fidem.
Schismaticis
commen-
dar.

96
In Transyl-
vania res &
bonâ Socie-
tatis expul-
sa confer-
vantur.
Valentinus
Ladus eodē
repositus.

97
Edificatio
Collegij Co-
motouensis.

98
Gracienſe
Collegium
ab Hæreti-
cis oppugn-
tum apud
Caſarem.

99
Procerum
Catholicorum
favore de-
fenditur.

100
Tres Ferdinandi
Imperatoris libe-
ri trimeſtri
mortui.

101
Sedes Socie-
tati Brun-
truti data.

rum multoque magis turbulentus regionum status, nec dum maturam doce-
bant rem esse. Erant tamen in pretio Patres vel apud Schismaticos; &
auxerat venerationem liberatus à Ioanne Schonouiano Energumenus, nul-
la vnquam memoria populis affirmantibus Popum, Vladicam; aut Metro-
politam inuentum, à quo eiectos Dæmones ab obſeſſo vlllo corpore con-
ſtare. In Transyluaniam reditus in dies pateſcebat magis. Conſeruata
quæcunq; Collegiorum fuerant prorsus illibata Sigismundus, nec inuadi
poſſeſſiones, nec redigi in Fiſcum ſinebat fructus; verum in vſum ſepone-
bat eius temporis, quo Societas remigraret. Acciuit quin etiam è Mol-
davia Valentinum Ladum, qui in arce Fogaraſo palam cum Societatis vi-
tato cultu, nec admodum, vt quidam præferebant, inuitis hæreticis, Sa-
cerdotis Catholici munia, ſedulitate ſua, & bonitate, plerumque hu-
ius anni tractauit.

In Prouincia Auriæ Georgius Popelius in Commotouienſis Col-
legij fundamenta, pridie aſſumptæ in Cœlum Deiparæ, primum lapidem
cum titulo poſuit: oppidi mœntia orſus amplificare, quo ſitu illud oppor-
tuniore includeret. Idem Collegio Gracienſi apud Caſarem ſingulari ſta-
dio adſuit. Mortuo enim Archiduce Carolo, qui non eius modo Col-
legij, ſed & Religionis Catholice columnen erat in Stiria, tempus rati
Prouinciales hæretici, quaſi impoſitum impietati iugum excutiendi, ex
colleto dudum odio, acre ſcriptum Rodulpho Caſari porrexere. Extre-
mum illud erat, vt vel Ieſuitæ Græcio pellerentur, vel certe potestas
rerum, & adminiſtratio penès Mariam Viduam Caroli non eſſet. Quip-
pe, intelligebant nec ſidos optima Principi adminiſtros in Religione tuen-
da defuturos, ſi Collegium, neque multum in Caroli exceſſu licti ab
iſtis factum, ſi vxor tanta eius pars, tamque ſimilis, cum imperio per-
maneret. Cum toto impetu Stiri in hæc magnates conniterentur, nonni-
hil principio motum eſt; ſed cum ex altera parte, quem dixi, Popelius
hac tempeſtate Aulicorum facile potentiffimus, & Roſenſis, & Conſilia-
rius Runphius, & Cancellarius Curtius; & Secretarius Eſtembergus, alijs-
que pro Dei cauſa ſe murum opponerent, demum Stirorum impetus in-
irritum ceſſit: & quanquam adminiſtratio Maximiliano Caſaris fratri per-
miſſa eſt, nihil tamen in ſuarum Sectarum rem conſecuti ſunt. Res fuit
notabilis Archiducis Caroli, & duarum eius ſorum exceſſus. Nam cum
ille Auguſto deceſſiſſet, ſequuta eſt eum Quarto idus Septembris Soror
Magdalena, vltima Reginarum Virginum, quæ in Cœnobio Hala ſub diſ-
ciplina Societatis vixerant. Menſe dein Octobri, altera vtriuſque Soror
occubuit Anna, nupta olim Alberto Duci Bauariæ, mater Guilielmi re-
rum hoc tempore potentis. Ita tribus deinceps menſibus tres Ferdinan-
di Imperatoris liberi, alius ſuper alium vita perſuncti. Per Regina Mag-
dalene exceſſum non modicum emerſit cum Archiduce Ferdinando cer-
ramen, dum Societas, quod præter ordinem in Cœnobio Halenſi curan-
do Regine tribuerat, diſcretè teſtata, iſtis dumtaxat quamdiu viuerent Re-
ginis dari, ad ſuas reuocare leges contendit. Medium quoddam initum
deinde temperamentum eſt. Huius anni autumnum in diœceſi Baſileenſi in-
choata Bruntruti ſedes. Octavius Parauicinus Apoſtolicus ad Heluetios
nunciuſ, & Ioannes Chriſtophorus Baſileenſis Antiſtes, memores quan-
tum tertio ante anno apud Lauſſenſes, & in Præſectura Zuingenſi miſſi
Patres cum diuina gratia profeciſſent, inſtitire ab Prouinciali Ferdinando
Albero, vt aliquam rursus eodem operam deſinaret, tum confirmandis
qui conuerſi iam erant, tum qui ſupererant conuertendis. Albero ini-
tio magni ieiunij par Sacerdotum egregium miſit, Gregorium Vitturclerum,
cum ſocio, qui inter cetera duos pagos de nouo Eccleſiæ reddiderunt.
Lætuſ eo euentu, cupidusque cœpta vrgendi bonus Antiſtes, illic adie-
cit animum, vt ſtabilem in ſua diœceſi ſedem Societati locaret; idque
à Pro-

à Prouinciali petiturus ; primam Epistolæ partem his verbis contexit. Quos nuper Patres R. T. ad hæreses ex aliquot meæ iurisdictionis adhuc locis profligandas miserat , hætenus ita suo sunt functi officio , vt sacris illis concionibus ; quas ad populum diuersis in locis habent , & priuato catecheseos exercitio haud pœnitendos fructus fecerint ; plures à pestiferis illis opinionibus ad sanioiorem mentem , & religionem reuocarint ; reliquos autem non ita pridem Ecclesiæ restitutos mirabiliter confirmarint , vt quasi iam non res tantummodo , sed & nomen lutheranismi explosum omnino videatur . Cum autem vterque pari vitæ integritate , ac pietate præflet , excellit tamen nescio qua naturæ bonitate P. Georgius Vvittuueiler in concionando , Nam singulari orationis suauitate in obstinatos illos animos ita influit , vt prorsus nunquam istic quisquam maiore hominum vel frequentia , vel admiratione eius generis conciones habuerit ; ita præterea singulari quadam dexteritate , & summa , quod huiusmodi in locis præcipuum est , discretione cum duræ ceruicis hominibus illis agere quoque nouit , vt non casu sed Deo sic disponente huc missus videatur . Quo tibi nomine tantum debere me intelligo , quantum equidem vix posse videor persoluere . Sed tamen & is primum , qui pijs hominum actiones diuinis remuneratur donis Deus , cui tu in primis deseruis , tam oportuni , ac necessarij officij tui , amplissimam tibi mercedem aliquando reddet : Et id ipse ego omni fauore , & solita beneuolentia erga Societatem vestræ , quibuscumque modis possum , promereri non desistam . Addit deinde modestissimas preces , quibus rogat concedi sibi stationem , in qua Sacerdotes minimum quatuor , germanicè , gallicèque periti versentur ; hoc enim postulabat gens , vt in confinio ex Gallis , Germanisque permixta . Idem eodem tempore , epistolâ , quæ , & erga nos , & erga suum gregem studium Præsulis optimi præfert , à P. Generali contendit . Itaque cum tales preces non audire , vel ipse vetaret pudor , sub Autumno ipse Bruntrutum , qui locus aptissimus vilus est , Georgius Vvittuueilerius sedi inchoanda concessit . Olomucij vbi prouincialis Austriae conuentus , & Augustæ vbi Germaniæ superioris est habitus , vt sæpè alias celebrata illic Antistitis , hic Fuggerorum spectata benignitas , non in alendis modo Patribus , sed in Collegijs quoque ornandis . Austriae Procurator lectus est Georgius Schererus Collegij Recto Viennensis , qui paulò ante in multorum corona nobilium , cum Paulo Floreno congressus , ita apostata , & hæretici superbam impietatem infregerat , vt vnus Procerum spectatorum ad Catholicos remigrarit . Celebratus fuit certamen , quod tandem sub finem autumnj inter Ioannem Pistorium , & Iacobum Andream Smigdelinum commissum est , præsentem etiam Theodoro Busæo Molshemiensis Collegij Rectore , cuius occasio hoc modo nata est . Conuerso ad Religionem catholicam Ioanne Pistorio medicinæ professore , cui bona mens affulserat ex lectione libri à S. Augustino scripti de vnitæte Ecclesiæ , & familiari communicatione cum Patribus Spirensis Collegij , cum præcipuus is esset in comitatu Illustrissimi Marchionis Badensis Jacobi , paulatim quotidianis colloquijs cœpit dubium reddere animum Marchionis in causa Religionis , & eum inclinare ab hæresi , quam Marchio profitebatur , lutherana , ad catholicam Religionem . Qui vt Princeps erat alioqui prudens , cum intelligeret agi rem æternæ salutis , vt veritatem certò cognosceret , colloquium aliquod inter catholicum iam Pistorium , & insignem aliquem lutheranæ sectæ doctorem instituendum decreuit : scripsitque in eam sententiam ad Ludouicum Ducem Vvirtembergensem , vt eo tempore celebrem inter magistros Lutheranos Iacobum Andream Smigdelinum ad tale colloquium induceret . Voluisset quidem , quantum deinde apparuit , vitare aleam eius congressus , si salua id existimatione potuisset Smigdelinus . cum tamen id citra notam non posset , admittere sanè se-

102
Epistola Epi
scopi ad Pro
uincialem .

103
Georgius
Schererus
Apostata Hæ
retici dispu
tando vincit

104
Certamen
Pistorij Ca
tholici cum
Smigdelino
Hæretico .

respon-

105
Theodorus
Busæus e
Societate
Pistorio au-
xiator ad-
iungitur.

106
Smigdeli-
nus certa-
men subter-
fugit metu
ignominia.
Et formam
Syllogistica
remoueri a
disputatio-
ne vult.

107
Eam tamen
deinde ad-
mittit fidu-
cia exerci-
tus Hæreti-
ci vicini.

108
Smigdeli-
nus illa-
queari cep-
tus tergiver-
satur.

109
Concionator
auleicus
ab Hæresi
conuersus.

110
Marchio
Badensis
conuertitur
ad fidem
Catholicam.

respondit, quod offerebatur; quia tamen Pistorius medicinam, non theologia, profiteretur, indecorum sibi videri excepit, se Theologum cum longè interioris professionis Doctore componi. Quare ita demum se assensurum, si Pistorio theologus aliquis adiungeretur. Accepit libens conditionem, Pistorius, impetrauitque facile, vt Pater Theodorus Busæus nostræ Societatis Molshemiensis in Alfatia Collegij tunc Rector, sibi adesset. Apparuit in Smigdelino (vt ferè fit in hæreticis) pugnare cum pauore superbiam, cum enim auditus esset antea, diffundente se fama conuersionis Pistorij, magnificè iactare inter suos, nunquam ausurum apparere coram se Pistorium, nisi fortè succenturiatum haberet aliquem appretarum: & Pistorius ea re cognita, clarè coram multis professus esset, sese solum cum solo congressurum; repente conuersa ratione ad istam Smigdelinum, quam retuli, dignitatis suæ theologice allegationem confugit, quam vbi refutatam vidit, adiunctione Theodori nostri, per Pistorium, vi dictum est, impetrata; ministrus nihil in speciem de confidentia remittens, se vera plurimum sibi metuens, varijs quoad licuit pretextibus colloquium distulit, inter alia morosum exhibens sese in conditionibus disputationis præstituendis, abstinendum videlicet philosophia iactabat, quam inanem vt aiebat, vocabat Apostolus: remouendam artem omnem Dialecticorum syllogismorum, agendumque ex puro puro verbo Dei. Sed nota iam, satis, & putida ista est Hæreticorum astutia, vbi se iusta argumentationis vndique inclusos vident angustijs, vociferantium, per sophismata vim inferri veritati. Nempe vt id quod docent confusum, & inconstans est, ita volunt in dissertationibus Andabatarum more decerni; satis gnari, quò pinguius exploretur, hoc minus apparituram dogmatis prauitatem, & vbi valeat impudentia, ibi se fore inuictos. Ceterum vbi vidit Alfatiam Hæreticorum occupatam copijs, inde sperans, nequaquam eo rerum articulo commissuros se discrimini Catholicos Doctores, gloriôsè ostentauit se ad quamuis iniquitatem descensurum, & vel ista, quam expeperent dialectica methodo paratum congruere. Fefellit eum multum fiducia sua, Pistorius enim, & Theodorus intrepidè se ad certamen obtulerunt. Age sanè condicitur in certum diem in Vrbe Bada concertatio. eo se Minister magna stipatus symmystarum manu contendit, sub Nouembris finem, sed cum primo statim experimento stringi se videret, argutis, & succinèis argumentationibus Pistorij, referebat sese idemtidem, immemor acceptæ conditionis, ad querelas, de sophisticis, vt aiebat dialecticæ præstigijs, negauitque tandem præcisè, se amplius isto more disputare velle. Senferunt statim qui aderant, quæ vera esset recusationis causa, vnusque inter ipsos existimationis præcipuæ Concionator auleicus palam ad partes catholicas, disputatione conuictus accessit. Cum verò Marchio ipse quoque haud dubiè ad conuersionem inclinaret, ne rem tantam leuiter suscepisse videretur, & Lutheranis Ministris collegæ sui transitum ad Catholicos agerimè ferentibus, delinimentum aliquod afferret, aliud colloquium indicendum putauit, ad quod cum inuitaret Agidium Hunnium Doctorem alium è nominatissimis Lutheranorum, omnino is venire recusauit. Suscepit id tamen Ioannes Pappus Argentinenfis Doctor, adiunctis sibi octodecim alijs Badensis Prouinciæ Ministris, professus ante omnia se nec cum Pistorio, nec cum Iesuica verbum velle facere; cum auleico Concionatore, nuper, vt loquebatur, seducto, congressum non recusare, qui tamen adeo illi præter spem successit, vt Iacobus Marchio præcipuam, ex huius ministri clarâ conuictione, conuersionis suæ causam traxerit: dicere deinde plerumque solitus Pappum sui ad Catholicas partes accessus, causam vel maximam fuisse: alias tamen, multas, grauesque istius suæ mutationis rationes, idem Marchio scripto publico vulgauit, & accito P. Theodoro rite coram eo lutheranos errores execratus est, Primus hic fuisse dicitur, qui

ex Imperij Principibus hæresi lutherana deprauatis respuerit, atque eo quidem feruore, vt cum minarentur bella, exilia, eiectionem è Principatu, nulla planè re moueretur, sed gratum sibi futurum diceret, si pro Religione etiam ostiatim cum coniuge, ac liberis mendicare cogeretur, eoque se perfundi gaudio profiteretur, quale nunquam in vita sensisset. Nec est prætereundus susceptorum ab eo primùm catholicorum sacrorum, religiosissimus modus. Cum elegisset catholicæ professioni Dominicum diem, qui eo anno in idus Iulij incidit, ad eam ceremoniam bidui ieiunio, multa prece, totiusque vltimæ noctis peruigilio se comparauit, sicque post confessionem ab Hæresi absolutus, & recitata quam Concilium Tridentinum tradidit, catholicæ fidei formula, sacrosanctam Eucharistiam, incredibilem significatione pietatis, & cælestis copia dulcedinis percepit. Frustra interim, & cum risu omnium, libello etiam edito gloriantè Smigdelino, sese ex colloquio victorem discessisse, nullo alio vanissima iactationis fructu, quam vt qui multum de doctrinæ celebritate perdiderrat, plurimum iam ad stulticiam famam adijceret, cuius miser impatiens, breui post in magno vitæ tædio infelicem animam exhalauit. At Marchio postridie literas in vniuersam dimisit ditionem suam, quibus mandabat locorum Præfectis, vt hæreticos Prædicantes concione interdicerent, templi clauis ipsi seruarent, ne cuiquam pateret aditus: Prædicantes intra tres hebdomadas cederent possessione ædium parochialium, & intra menses tres, nisi redire ad legitimam vellent sacra, Marchionatu exirent. Sub hæc Gregorianum promulgatum Kalendarium, sacræ ædes ad formam, & cultum autem cœptæ restitui. Nec populi grauati reuerrebantur ad pristinos cultus, quod & vicini semper Catholicis agitarant, nec nisi triginta ante annis ad Lutherum defecerant. Sed magna rerum exordia, spemque, expectationemque honorum, impia Hæreticorum fraus, porrectis Marchioni venenatis cerasis interrupit. Obijt ille sanctissimè, & Vxor, quæ abduci ab errore viuente ipso nequiuerat, paulò post eius decessum, siue execrata impiorum venenatas fallacias, siue bono coniuge è Cælo veniam impetrante, ad catholicam pietatem emerfit.

Halberstadij quoque (Saxoniam Vrbs est vetus, ac nobilis) benè rei gerendæ oblata spes, breui intercidit. Hic superstitem sinceri cultus scintillam, bonus è Franciscano Ordine primarij Templi Concionator, idemque suorum Prouincialis minister in Saxoniam, magno studio conseruabat Petrus Traiectinus, qui senio, & laboribus fractus, successorem sancto operi quærens, cum aliunde non inueniret, iam dudum è Societate flagitabat, & anno 1587, Ioannem Goslariensem in aliquod impetrarat tempus. Nunc verò quò tranquillius tota res, firmitusque transigeretur, ad idem postulandum Collegij quoque Canonicorum inflexerat voluntates. Itaque Ernesfelderus Rhenanus Prouincialis Melchiorem Toxitam, & Rennerum Egnocum primo quoque tempore mittendos censuit; iussos Collegij Heilingestadiani, quod minime omnium distabat, Rectori subesse. Illi profecti, prosperoque vti itinere, quinto idus Februarij Halberstadium tenuere. Quos vt bonus ille Senex Franciscanus, ad quem diuertere, conspexit, irruens in amplexus, multum lachrymarum præ gaudio fudit. Nequaquam pares in plerisque Canonicis perspecti vultus: alij palam negate suo scitu aduocatos, alij contendere, veteri quodam Collegij sui decreto Iesuitas Halberstadiano suggesto arceri: nec ante finitum certamen, quam ipse Visitator, vt vocant, Prædicantium, professus vltro est, Iesuitarum conciones, iuste reprehendi non posse. Igitur tota ijs catholica doctrina permixta prouinciâ, quotidie per magni ieiunii dies ad Ecclésiasticos latine; ter in hebdomada germanicè dixerunt ad populum. Temperabant vires, ne inuidiam profectu celeriore accenderent, satis prodentibus indicij in ciuitate vsque eo corrupta grauem esse eorum commo-

111
Constantia
eius in sulce
pra fide.

112
Quanta de-
uotione Ca-
tholica sa-
era suscepe-
rit.

113
Smigdelini
ridicula glo-
riatio, & mi-
sera mors.

114
Marchio Præ-
dicantes Hæ-
reticos è
suis terris
expellit.

115
Idem ab Hæ-
reticis vene-
no necatur.

116
Eius vxor
postviri mor-
tem fit Ca-
tholica.

117
Halberstadij
Cõcionator
è Societate
collocatur.

118
Quidam Ca-
nonici ob-
stant initio.

ratio-

119
Post aliquas
inducias re-
crudefcit ad
uerfantium
rabies.

120
Henricus
Episcopus
Lutheranus
Patres Socie-
tatis, & Ca-
tholicam re-
ligionē Hal-
berftadio ex-
pellit.

rationem, tamen poſtridie idus Aprilis reſponſum dedere. Canonicis ſug-
geſtum eis in annum prorogari. Hoc interuallo ſperabant inclinationem
aliquam rerum futuram, & adlectum iri Canonicos à Catholicis: ſed tam
longa Satanae patientia non fuit. Vbi Euſtachius Boitel Canonicus, nomi-
que Cellarius ſummæ ædis, qui vnus aduerſarijs obſiſtebat acerrimè, poſ-
tridie Kal. Decembrium deceſſit, continuo malignantium conſilia eruperunt.
Petitur à Decano Gaſpare à Canneberg, vt Martinus Mirus (rabula erat
Lutheranus) concionem in ſumma aede habeat ſingulis hebdomadis, &
literæ ab Henrico Iulio Brunſuicenſi perferantur, quibus denunciatur, le-
ſuitas dimittant, quod fœderis, paciſque conditionibus non comprehen-
dantur. Is puer cum designatus eſſet Halbeſtadienſis Episcopus, iam vir
erat ſecundarum nuptiarum, & propalam Lutheranus, totiulque commiſ-
ſa ſibi Eccleſiæ exitium egregius Paſtor moliens, ante omnia Ieſuitas amo-
liendos intelligebat. Nihil tamen in preſens ad exitum perducitur: at
anni inſequentis exordio per ſpeciem leuandi laboris, concio Melchiori,
& Socio interdita. Paulo poſt ipſemet Henricus accurrit, ſacrificium,
Euchariftiæ aſſeruationem, & ceteros Catholicos ritus, & ſcilicet Ieſuitas in
primis exturbaturus. Quos cum aſſeſſe iuſſiſſet, & vnus Melchior, quod
Renuerus ad circumſpectas Catholicorum reliquias excurrerat: aduſſet,
Cancellarius in conſpectu multorum, acerbam orationem inſtituit. Matu-
rè conſulendum publicæ quieti. Haberi eos vulgò perturbatores, ſecta-
rios eſſe, & ſpargere in vulgus errores: clanculum etiam coetum diſcipu-
lorum colligere: denique Nobilitatem petiſſe à Principe, vt eos eijceret;
Principem iubere vt ante proximum Dominicum diem faceſſerent. Ad
ea Melchior, cum demonſtraſſet ſe neque Sectarios, neque perturbatores
eſſe, neque diſcipulos clam villos colligere, ſed tantum adoleſcentes duos,
qui eodem ſecum vterentur hoſpicio, ludum publicum frequentantes, in-
terdum ſubdocere: quod nec inuidia eſſe deberet, & facile emendari
poſſet: ad vltimum petijt: vt operiti ſibi reditum ſocij liceret. Facia-
potestate in illud tempus manendi, vbi primò Renuerus aduſſet, ambo
communi ſtudio ſupplices ad Principem Henricum literas mitterent, & ad
eum protinus accerſuntur. Nequaquam is ambagibus vitur, in magno
Nobilitatis conſeſſu, Martino Miro ad laeuam ſedente, palam præfatur: ſe
lutheranum eſſe, illos autem Catholicos. Ceterum quod intoleranda
ſibi ſuis in terris dogmata Catholicorum videantur, idcirco nuper pote-
ſtatem illis ademptam concionis, & iam omninò eſſe Halberſtadio exce-
dendum, Patres hic grauiter, ac modeſtè: accitu ſe Canonicorum veni-
ſe, dictionem accommodaſſe ad publicas commoditates, atque concor-
diam: nihil commiſſiſſe, quod reprehendere quiſquam iure poſſit; ne vel-
let nocentium prænas in inſontes decernere. Talia memorantibus Henri-
cus quaſtionem de ſacroſancta Euchariftia iniecit; in qua multum, diu-
que, ex ſcripto rancida quædam, ſuffulciente ſubinde Martino Miro,
vociferatus, tandem pronunciat non ſatiſfactum ſibi ex Verbo Dei: pro-
inde diſta die faceſſant. Quinque dierum impetrata mora; & hoc tem-
pore curatum ab Canonicis teſtimonium, quo fidem faciebant: Melchio-
rem, & Renuerum, Franciſcanorum, ac dein etiam Canonicorum roga-
tu Halberſtadium miſſos, vt Franciſcano Cœnobiarchæ Concionatori ſub-
fidio eſſent. Id munus cum diligenter, fideliterque obirent, ſuaque
virtute, probati Canonicis, & alijs multis eſſent, commutatam eſſe ratio-
nem temporum, quæ cum id poſtularer, eos poſt annum laborem ad
ſuos remitti. Antequam illi Vrbe egrederentur, vnus intimorum Princi-
pis, qui credulas eius aures ſermonibus, aduerſum Patres implebat,
exijt è vita. Sub hæc & vnus è Senioribus Canonicis, qui vxorem ſe-
ducturum fidem Principi obligarat, vitam finiuit: qui cum ad ſepulturam
efferretur, tanta repente procella coorta eſt, vt ſunibus alligandum fue-
rit.

rit cadauer ad feretrum , ne turbine abriperetur . Nec tamen hæc valere , quo minus pergerent impij omnia pessumdare . Itaque ab summa æde , & deinceps ab alijs septingentesimo postquam coeperat auno , catholicus ritus ciecus est .

Hildesij , Erfordiaque maiore futuri spe , quam fructu presentis perfeuerarunt stationes . Monasterij nouum ædificari coeptum Collegium , ac templum ad sextum nonas quintiles , & quanquam dura admodum irent tempora , non desiderata est Ciuium liberalitas in opere promouendo .

In Belgio spectata Dei tutela , dum ad prouincialem conuentum , per infesta itinera Rectores abeunt , redeuntque ad vnum incolumes . Et opera præcipuo fructu locata in Castris . Tredecim fermè ea sub Præfectura Thomæ Saillij in Galliam vsque sequuti , cum miles ad Parisios obsidione liberandos est ductus . Namque Henricus antea Rex Navarra post mortem Regis Henrici Tertij , Regni Gallia possessione aditâ , & summam rei in Parisiorum occupatione verti intelligens , totam eò vim belli contulit . Itaque peracris fuit obsidio , & diuturna , quæque mortales fame ad inuisitata quoque alimentorum compulit : adeo vt Philippi Regis Legatus , cum aliquot è suo præsepi cecidisset equos , vnus partem pio insigni dono ad Collegium miserit . Vtque nihil extremarum miseriarum abesset , ex fame , ceterisque obsidionis ærumnis , vis quoque vulgata morborum est , magna cum strage hominum cuiuslibet fortis . Quæ inter mala quamquam vt in tanta multitudiue , non deerant qui seditiosè inclinarent ad deditiõnem , tamen incredibilis , & insuperabilis patientia erat populi , quæ nec inedia , nec morbis , nec arte vlla , aut pretio potuit vnquam infringi . Magno fuit subsidio Pontificius legatus Henricus Cardinalis Caietanus . Is anno superiore Roma , ineunte Octobri profectus , quantuntius properaret , non nisi Ianuario huius anni fenescente peruenit , per ingentia elapsus pericula . Nam Diuionem vbi venisset , quo die discessurus erat , monetur , duo equitum esse millia sub Duce Tauanâ , qui eius iter obsideant . Re consultatâ , cum alij Comitum aliter sentirent , ac plerique fidem eleuarent iudicij , Cardinalis in incerto harenis ad faciendum facrum accedit : postque veneranda sumpta mysteria , in sacrum calicem duas schedulas mittit , in quarum altera , Eundum ; in altera , Non eundum , notarat : Deum precans , vt quando cæca planè deliberatio illa erât mortalibus , ipse dignaretur significare , quid facto opus foret . Sub hanc precationem alteram pagellarum educit , legitque non eundum , & mansit dum præsidia à Lotharingo Duce , per quæ tutò deduceretur , accederent . Nec dubium fuit , quin fortes Numen rexisset . Pro certo enim cognitum est , si eo die abisset , fuisse cum omnibus suis in hostium potestatem venturum . Hæc ex Cardinalis Bellarmini excepta ore , quamquam ad meam historiam , non nisi eo pertinent , quod ipsum Bellarminum à Pontifice missum , & Felicem Vicæum è nostris secum Cardinalis ducebat ; tamen ne singularis aduersus eam legationem diuinæ custodiæ periret memoria , commemorare hoc loco iuuat . Magnum igitur solatium , obfessis , & leuamentum Cardinalis Legati pietas , & prudentia attulit . Laudem quoque insignem sibi peperit Dux Nemurtius , & Ciues permulti , qui sese terra victituros deuouerant potius , quam vt agi de deditiõne paterentur . In tam lato , atque multiplici , seu charitatis , seu patientiæ campo , nequaquam occasione defuit nostra cohors . Adiuuabant omni ope ægrotos conquistos per Urbem , cum milites , tum alios ciues , eò gratiore in vulgus officio , quò minus in calamitate adeo communi , atque multiplici expectatum erat . Quo in genere pietatis anni sub initium , Martinus Balliesius operæ domesticæ adiutor , benè , ac feliciter defudauit , qui dum in suburbijis relictos Helucios milites visit , fouetque , morbum inde , & præclaram mortem collegit . Ad leuandam quoque

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. I.

V V V

ino-

121

Monasterij
Collegium ,
& Templi
ædificantur.

122

Obsidio Pa-
risiensis. yn-
de fames &
lues in ciui-
tatem sauit.

123

Cardinalis
Caietani pe-
riculum felici
sorte vitatum.

124

Bellarminus
& Felix Vi-
cæus Card.
Comites.

125

Nestorum
Parisienum
caritas in
subleuandis
miserijs ci-
uium .
Mors vnus
ex ijs inde
contracta .
Eorumdem
eleemosynæ.

inopiam publicam, quicquid potuit collatum est. Trecentis quotidie impertiebant è domestica tenuitate stipem, cum simul ingens Conuictorum numerus aleretur, quos in patrias dimittere Vrbes per hostes amatos nefas visum est. Cui necessitati opportunum attulit leuamentum missa à Claudio Generali pecunia summa, quam christiana locupletum milia à tas Mediolani, Genuæque in eam rem contulerat. Aderant, præter hæc, ubique consilio, concionibus, opera: supplicationes instituebant: præparabant ad poenitentiam Ciuitatem; ne bellicas quidem erumnas, & militares casus adeo arctis in rebus, cum diuina agi omnes certum haberent, refugiebant. Neque enim credidimus (inquit Prouincialis ad Claudium Generalem scribens) nos dignos nomine, quo illustramur ad Claustrum, si omnibus etiam religiosissimis pro aris, & focus arma fumentibus, nullumque lapidem non mouentibus, nos soli cessaremus. Itaque quamuis à decoro, modestiæque religiosa, quamminimum recederent, nec armati unquam per Urbem procederent, tamen laborum in custodiendis muris, obeundisque vigiliis, nequaquam expertes esse sustinuerunt. Fuitque cum seruata vrbs decus ad Collegium Claramontanum communi prædicatione delatum est. Ad quartum idus Septembris, cum didito rumore ea nocte hostem irruptionem tentaturum, ad moenia, consueto timore cientes, magna vis propugnatorum concurrisset, & inter eos è Collegio manipulus Iuniorum, insidiatores sua coepta ubi viderunt præcognita, nihil mouerunt. Iamque tantum noctis abierat, vt Lutetiani nihil restare discriminis rati, somno atque sollicitudine prægrauati, vel in suas quisque domos dilaberentur, vel excubias, & arma remitterent. Perstat tamen Collegij manipulus, cum pauculis aliorum. Interim animaduersa solitudine, hostes, ac tum maximè vrgendam occasionem arbitrati, quosdam cum scalis, quàm minimo cum strepitu pramittunt, Nec tamen sefellere vigilantes nostros. Continuo inelamant ad arma; dant signum Ciuibus, expediunt se ad vim, & primos impetus sustinendos, Iamque vnus hostium inter duos eorum in murum euaserat, scalasque demittebat descendurus in Urbem; cum illi magno animo accurrunt, scalasque deuolunt ita fauente Numine, vt cum scelopum ille disploderet, frustaretur icu, non nisi fumo sequuto. Interim accurrere proximi quique propugnatorum, & discrimen omne propulsatum est. & scala illæ, quæ demitte in Urbem iam erant, in monumentum collati in publicum beneficij, delatæ in Collegium. Non multis post diebus adfuit è Belgio Dux Parmensis Alexander Farnesius, & obsidione Parisios liberauit. Quia tamen adhuc impendebant noui terrores, præsentim quod mature repetendum Parmensi Belgium fuit, existimauit Odo Prouincialis, per modicum illud laxamentum viarum, & conuictores remittendos ad suos, & sociorum quamplurimos emittendos. Itaque & tyrones remisit Virodunum, & Socios ceteros ita per Prouinciam distribuit, nonnullis etiam in Belgium, & in Italiam missis, vt è centum, qui Parisijs partim apud Professos, partim in Collegio, partim in Conuictorum contubernio versabantur paulo plus quadraginta manserint. Inter has externas procellas, aderat domi è Cælo pax, & iucunditas tanta, vt appareret facere Deum famulis suis cum tentatione prouentum. Congregatio Prouincialis habita Parisijs Iulio ineunte; sed quoniam obsidio impediēbat accessum, ex nullis Prouinciæ Collegijs adfuerunt Patres. In Aquitanica & Lugdunensi prouincia, quanquam non sine periculis conuentum est. Ac Franciscus Bonaldus Billomenis Rector, dum ad suum Lugduno Collegium redit, delapsus in grassatores, sine noxa, imo non sine laude Societatis est missus. Iam verò necesse non est ire per Collegia singula, & enarrare quanto studio in subleuandis communibus malis, dies, & noctes insudatum sit, & præcationibus priuatis, & publicis, & poenæ vltro susceptis, & incitandis ad poenitentiam De-

126
Claudij Generalis opportunum subsidium.

127
Laborum partem in custodia nempe exemplis inuitantibus necessitate cogente subeunt nostri.

Et hostem Scalas inuentum repellunt.

128
Liberatur obsidione Ciuitas.

129
Nostri pars maior alio mittitur.

130
Domestica disciplina, & inmissoria in salutem proximorum in communibus incommodis tursum felicem tenent.

Deique implorandam opem populis: quanta in scholastica iuuentute, maximèque in Regina Cœli sodalibus, studia animorum exarserint in ob-
 eundis diuinis mysterijs, in supplicationibus, in afflictandis corpusculis
 suis, quantus denique in matronis, tenerisque virginibus ardor religionis
 defendendæ, implorandæque à Deo pacis extiterit. Hæc & alia intelli-
 gi potius, quia consuetæ, & æstimari cum ex grauitate calamitatis,
 tum pietate gallicanæ gentis æquum est, quàm fufius historico labore
 perferibi.

Inchoatum est Dolæ templum Beati Dionysij, sacro lapide, magno ci-
 uium accursu, ab Antifite in fundamenta iacto. Contulere ad impensam
 priuati ciues alacritate mira, & aureos mille ducentos Senatus de publico
 dedit. Sociorum quidam hoc etiam anno in Hispaniam missi, ipsorum ac-
 citu Patrum hispanorum: nam qui superiore anno missi fuerant, non com-
 munit modò charitatis nomine amabantur, sed ea ipsi se commendabant
 modestia, ea dabant obedientiæ, cæterarumque virtutum, cunctis in re-
 bus documenta, vt merito quoque suo chari haberentur, & cupiditatem
 sibi similes alios quoque habendi excitarent. In Gallijs, & alijs Bo-
 realibus Prouincijs, vbi vel armati, vel hæretici loca habebant infesta,
 excursiones apostolico ritu, per vicôs, & pagos haud satis è sententia po-
 tuere decerni. At in Hispania, locisque pacatis, magna alacritate susceptæ,
 parique constantia obita, exuperante fructu laborem. Vbi ad Petrum Vil-
 labam Aragoniæ Prouinciam Claudij peruenere literæ, hortantes ad ani-
 mi vires instaurandas in Exercitationum spiritualium orio, tum missiones
 instituendas, is Casaraugusta cum versaretur, ita rem ordinauit. Primus
 ipse vna cum quindecim domesticorum, quibus & sanctas illas Exercitatio-
 nes, & ipse proponebat, secessit. distribuit diei spatia in actiones certas,
 quæ non minus religiosè custodiebantur, quàm in tyronum disciplina fit.
 Præter conscientia matutinum, ac vespertinum examen, & pensâ sacer-
 dotalia, binas ante, totidem post meridiem meditationi tribuebant horas,
 singulas item collationi spirituali; in qua de natura, vsuque virtutum,
 eaque parandi ratione, & vitiorum remedijs inquirebant. Conueniebant
 etiam interdum à mensa, mutuoque se conspectu, & sanctis colloquijs iu-
 eundissimè solabantur, & ad omnem incitabant virtutem. Multas interim
 quisque arcanas, consentiente Magistro, suscipiebant pœnas, multas publi-
 cæ: cum semè diebus singulis in triclinio se quaterni, aut quini diuer-
 berarent, & alia alij seueritatis, & humilitatis exempla præberent. Ita
 præparati Iobelo potiebantur, & vota instaurabant: inde ad opera robu-
 sti, vegeti, expediti redibant, alijs, atque alijs eodem modo secedenti-
 bus, quoad sine vllò publicæ curæ detrimento totum renouatum est Col-
 legium. Ad hunc modum res in reliqua Aragonia, nec dissimili in alijs
 prouincijs gesta, cum vberimo vbique profectu. Tantus autem extitit
 ardor prodeundi apostolico ritu ad iuuandos agrestes, vt certatim duram
 illam prouinciam sibi quisque deposceret. Itaque & alij in alias oras ex
 alijs profecti Collegijs: & ex vno Casaraugustano Sacerdotes decem in
 Pyreneos montes digressi, inter ardua rupium, & horrida vallium, & in-
 felicia aspretorum, opem aberrantibus, malèque custoditis Christi ouicu-
 lis allaturi.

In Boetica item cum loca delegisset maximè opis egena Bartolomæus
 Perez Prouincialis, præter communem adhortationem, ijs quos misit Sa-
 cerdotibus, nota virtute lectis, monita hæc simul adiecit. Videtis (in-
 quit) quanto studio noster Præpositus Generalis in hæc missiones insti-
 fiat, & quanta eorum necessitas sit: ideo vos ego delegi, & regiones
 destinavi, quæ maximè postularent auxilium nostrum. Per suam quique
 discurrent hoc trimestri spatio Septembris, Octobris, Nouembris, Deus,
 vt sperare datur, laboribus vestris bonus, ac propitius aderit. Iam pri-
 Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. 1.

131
Dolæ Tem-
plu inchoa-
tum.

132
Quidam è
Gallia in
Hispaniam
missi.

133
Exercitia
spiritualia
magno fer-
uore obita
in Hispania.

134
Missiones in
Pyreneis PP.
Aragonen-
sium.

Et aliorum
alibi per Hi-
spaniam.

135
Monita Pe-
rez Prouin-
cialis ad eos
quos Euan-
gelizatum
mittetbat.

mum ego hoc vos monitos volo, vobiscum vt epistolam ipsam P. Ge-
neralis feratis, identidemque legatis, & inter vos tractetis, quam perfe-
ctè exequamini. qua ratione possitis absolutius exequi, præsertim in eo,
quod ad demerendas, conciliandasque vobis Curionum, ac Religiosorum
voluntates pertinet, & ad simplicitatem, feruoremque prædicationis ve-
sacrorum Bibliorum dumtaxat, & S. Vincentij Ferrerij librorum vsu con-
tenti sitis. Deinde singulis hebdomadis legite missionum regulas, super-
que ijs inter vos conferte. Etenim quo vos conata vestra diligentius ad
nostras exigetis leges, hoc benignius ad exitum Deus vester diligentius ad
Ordinis tam solers est autor, adeoque amator, ac fautor obsequij, qui
Sacerdotum ac Parochorum institutione vestra potissimum cura veretur.
Inducite ad spirituales experiendas Exercitationes; vtque ob eam rem in
Collegium se quod propius, aut opportunius ipsis erit, recipiant. Effici-
te, vt quæ vos inchoatis, illi prosequenda suscipiant. Inter cetera, vt
sint, qui tradendi rudioribus catechismi laborem perpetuent. Cuius do-
ctrinæ formam vos edocebitis. Denique sodalitatem Sanctissimi IESV
nominis, contra inanem iurandi consuetudinem, vbi locus permittit se-
dulò excitare, & figite; cum tam sit vbique vsu comperta eius vtilitas.
His & consimilibus alijs preparati documentis, magno etiam numero
munusculorum piorum, & catechismorum instructi, egregiè omnes prouincias
sue culturam exordiuntur. Sed cum alios morbi, qui longè, latèque
per Autumnum grassati sunt, intercepissent, qui Alpoxarras, flumen Al-
manforis, & Vallem Granatensem adiere, constantiore vsu valentines,
blandiente successu, ærumnas tam auidè deuorarunt, vt prorogationem
quoque trimestris spatij postularint. Quos dixi grassantes morbi præbue-
runt materiam exercendæ charitatis, cum vbique in ægros è populo, tum
Montrillæ in Sancti Francisci Religiosos Excalceatos. Vbi fando audiuit
Alfonfus Rodericus Collegij Rector, ac Tyronum magister, totum Cœ-
nobiū morbis oppressum, statim coniectans, quam multa eos Dei famu-
los in tali casu pati necesse esset, ac simul reputans, quantum deceret
mutua sibi ope sacros viros occurrere, eorum anteueniens modestiam,
vltro ad pietatis opus quatuor sociorum, postque aliquot dies, totidem
qui succederent fessis, mittit, grato oppidanis exemplo, ægris ministre-
rio. Nec suum desuit pretium ministris, quorum quidam cum morbos
è sancto labore retulissent, Petrus super ea Consaluis laicus coadiutor,
qui tyrociniū haud multo antè perfunctus erat, iuuenis bonus, & impi-
ger, optabilem inde mortem inuenit. Scholæ tres hoc primum autum-
no Astigi patefactæ magna cum ciuium gratulatione, ac ipe, neque il-
la fallaci.

136
Cœnobiū
Franciscano-
rum morbis
oppressum
octo è no-
stris vltro
ad id missi
recreant.

Vnus ex ijs
huic mortis
causam ha-
bit.

137
Oropelanū
Collegium
restituitur.

In Toletana Prouincia restitutum Oropellanum Collegium, octavo
ante anno sublatum. Ioannes enim Aluarius à Toletō Comes Oropela-
nus, quem operibus à se institutis patronum Franciscus à Toletō patruus
reliquerat, intelligens Collegium eo potissimum dissolutum, quod idem
Franciscus Fundator, conditiones cum Instituto pugnantibus addiderat, con-
sideransque ingenti bono totam illam regionem carere, quo posset ex Col-
legio, si tollerentur eiusmodi conditiones, nihilominus certo, aliquanto
etiā yberius frui, quam per illas Franciscus sperarat, curauit apud Pon-
tificem, vt tota res ad communem modum redigeretur. Auxit etiā de
suo vestigal, vnde factum est, vt non restitueretur modo Collegium, sed
absolutius quoque fieret ac plenius operarijs, & disciplinis. Ad septimum
decimum Kalendas Maias, præludente in scena dramate, repetiti scholarum
labores. Multæ & in hac Prouincia susceptæ per pagos, & oppida ex-
cursionēs, de quibus Consaluis Anila Prouincialis ita breuiter nunciat
Generali Præposito: omnibus dedit Deus admirabiles effectus, & qui-
busdam plane miraculo similes. Ex Castellana plus quatuor, & viginti
Sacer-

138
Excursionēs
per pagos,
& oppida.

Sacerdotes ad sanctas hasce venationes egressi. Et Agidius Consalvius Visitator ipsas P. Generalis literas ostendebat Episcopis, quò libentius suas adiri sineret dioeceses. Inter hæc neque externæ, neque domesticæ vexationes abfuerunt. Initio enim anni tetenderunt Cruciatæ præfecti, cum in omnibus religiosorum templis statuere vellent capsulas, in quas pecunia pro commutatione votorum demitteretur, vt in templis pariter Societatis ponerent. Explicatum est ijs, Societati per Constitutiones suas, quas Pontifices comprobarint, non licere id genus gazophylacia habere suis in templis, proprium quin etiam secundi generalis conuentus extare decretum, quod ne ad alienos quidem vsus permitti vellet. Et verò consentaneum videri, vt qui ad vsus ea non habent suos, ne ad alienos quidem patiantur. Nam cum vetitum nobis sit pro sacrificijs, ac ministerijs elemosynæ, aut stipendij quicquam accipi, haud dubiè multi, qui eas arcas in templis nostris viderent, conijcerent in eas, quæ lex vetat accipere, quo vel ea lex paulatim laxaretur, vel certè falsa crearetur opinio; multique censerent id licere nobis, quod proprijs legibus interdictum est. Quamuis enim præferrentur tituli qui declararent, non Societatis, sed Cruciatæ arcas eas esse, multi vel per incuriam, vel ignari legendi, eos minus animaduertent. Nec verò Cruciatam quicquam hinc detrimenti capturam, cum fermè Societas locis degat valdè celebribus, vbi defutura nunquam templa sint, in quibus capsulæ collocentur, ad quas possent mitti poenitentes, qui stipem pro commutatione votorum præbituri sint. Denique cum Romæ quidam, alibique alij tentassent, vt eius generis repositoria ad pauperum seruandam stipem, & alias externorum vtilitates in templis Societatis collocarent, nunquam permisisse Romanos Pontifices, vt immunitas eius, & instituta læderentur. Hæc Franciscus Porrius Madriti cum Præfectis Cruciatæ libello exposuisset, ijque cunctarentur respondere, alterum eodem exemplo Regi proposuit, qui pro sua prudentia, ac pietate rem ad Franciscum Auilam reiecit generalem Cruciatæ Præfectum, cum eo, vt nihil Societati, contra eius leges pateretur iniungi. Ita demum res tota discussa est, multum adiuvante, vt opinio fuit, Franciscanorum quoque constantia, qui existimantes paupertatis suæ puritatem agi, acerrimè obstiterunt. A domesticis perturbatoribus quies propemodum fuit. Agidius Consalvius post Castellanam inspectam Prouinciam, & Iosephus Acosta post inspectam Boeticam conuenere Nauacernerum, deque communibus rebus ad aliquot dies inter se contulerunt. Ambo deprehenderant noua molientium studia ex perturbato animo nasci, ex ambitione, disciplinæ impatientia, licentiæ, commodorumque cupidine, cum tales ipsi homines essent, vt vel sola vitæ perspecta ratio fidem faceret, nequaquam germanam disciplinæ huius sobolem esse. Porro maximum remedio impedimentum, nutrimentumque turbarum reperiebant, adeo patentem aditum ad Regem, & Quæsitores, & sub eorum vmbra speratam cuique impunitatem; inde enim fiebat, vt intolerantissimus quisque disciplinæ, formidini esset bonis, & (vt est licentiæ mater impunitas) malum ad plures quotidie velut contagio permaneret. Hoc itaque præcipuè declarandum Regi constituerunt, moxque cum ad eum statum omnem rerum referrent, diligenter exposuerunt; etiam, atque etiam rogantes, vt considerare, ac prohibere vellet. Audiuit vtrumque Rex separatim satis benignè, sed responsi nihil est reportatum, præter solenne, visurum, ac prouisurum. Ceterùm ea ipsa tempestate cum maximè apparebat, quàm necesse esset fonti illi malorum remedium admoüere; nam in Boetica Consalvius à Montemaio-re delato ad Quæsitores Ludouico Barba Gaditani olim Collegij Rectoris, acceptoque à Quæsitore Hispalensibus secretario, cum Gades adiisset, totam non domum modò, sed etiam Ciuitatem commouit, adeò multi

139

Capsulæ excipiendis pecunijs pro Bulla Cruciatæ in templa nostra non admittæ

140

Rationes id recusandi.

141

Idem recusatum à Franciscanis.

142

Causæ præteritarum turbarum deprehensæ.

143

De remedio relatum ad Regem.

144
Quidam impatientes disciplinae bonos per delationes calumniosas vexant.

145
Baptista Carilli molitiones contra Societatem.

146
Contumacia eius adversus V. Provinciam.

147
Idem domo egressus murato vestitu vagatur.

148
Edictum Sacrorum Quæstorum in gratiam Carilli.

149
Mors Alfonso Montoyæ.

multi ad Quæstiones vocabantur. Et homo erat delator; indignus plane famulorum Dei commercio; procax, turbulentus; indoctus, in quo deum vix vestitum religiosum agnosceres. Tum autem, ubi quos volebat, vexabantur, iactare se palam, triumphare, insultare. Gemina morum impudentia in Baptista Carillo erupit, qui cum esset nullius penè domus homo, aliquid existimans autoritatis concionando Salmanticæ in foro collegisse, ausus est & ipse novarum autor fieri turbarum, præter alia ab alijs exagitata, iam prope obsoleta, contra referuatos maxime casus coortus. Quod tam multi essent, neminem ijs teneri, quin & beneficijs vti Cruciatas esse. Denique ingredientibus primùm in Societatem talia ignorata, alioqui non fuisse id oneris subituros: propterea nec votis quidem teneri. In hac cum Dominici Bannij, Jacobi Orellanæ, Francisci Zumelii, & aliorum, falsa scilicet narratione usus, subscriptionem facile collegisset, libellum Quæstoribus dedit. Perque Orellanæ, & Regium Confessarium ad Regem, eo ipso tempore, quo Nauacarneri Visitatores inter se Acofta, & Agidius agebant, eadem criminans, conatus insuper est saceram Principis mentem occupare calumnijs, ne mox Visitorum relatio fidem inueniret. Reuerfus inde Salmanticam cepit venenum per Collegium spargere, & ad seditionem quoscunque posteritulum incitare. Quod cum Alfonso Montoia Proprouincialis, qui fortè tum Salmantica erat cognouisset, maturè admonendum hominem duxit, & opprimendum incendium. Sed Carillus, statim vt paternam admonitionem pater exorsus est, ferreo ore, & corde: Quicquid dicitur es, inquit, necesse est coram Quæstorum Commissario dicas, aliter verbum non audio. Accito Commissario tanto liberius, duriusque Proprouincialis hominem contumacem, vt merebatur, accepit; periuasum habens vel bonitati causa fauorum Commissarium, vel certè eo iam ventum, vt nullo respectu periculi, parcendum vocis libertati esset. Excepit omnia Commissarius, & sub ea Carillus tanquam in Boeticam, quò ex obedientia dudum abire licebat, perrexit, domo egressus mutato vestitu, Madritum querimoniam desert, exagitari se atque vexari, quò ad sanctum Quæstorum tribunal per fugisset. Tum pro arbitratu suo Madriti, apud suas deuotas moratus, & quò libuit euagatus, in Collegio Salmaticensi, cum Commissario Quæstorum, prima sacri Aduentus Dominica apparet. Iubet confestim Commissarius domesticos cogi omnes, cumque conuenissent, nomine Cardinalis generalis Præfecti, & Consilij totius Quæstorum, denunciat huius formæ decretum: Mando tibi Franciscæ Labata Salmaticensis Collegij Rector, Patribusque vniuersis, & Fratibus, vt domum accipiatis Baptistam Carillum, & charitate, qua prius tractatis, perinde ac si ad Regem, & Sanctum officium non adijisset, eique demandetis conciones, cohortationes, confessiones, & alia, vt antea demandabantur. Cognitionem si quam de rebus eius instituitis, omnem mittite ad sanctum officium. illi enim Domini pro merito vel punient, vel si videbitur ad Superiores eius reijcient. Si cognitio incepta, nec dum absoluta est, ne vltra progredimini, sed nulla re de nouo inquisita, ita vt nunc est, mittite. Hac Secretarius cum recitasset, adiecit verbo Commissarius, nomine sacrorum Quæstorum: notum omnibus facio, edicoque, posse quemlibet nihil metuentem, ne vel pilus ei tunicae artineatur, ad sanctum Officium habere per fugium in omnibus rebus que pertineant ad scrupulum fidei, & ad indicandas molestias, ac miseras suas. His dictis abscessit. Alfonso Montoiam non impunè laurum opinio erat, quò Carillum acerbis increpasset: sed bonum famulum ei molestiæ, cunctisque vitæ mortalis ærumnis maturè bonus Dominus tertio ante die subduxerat. Iampridem imbecilla cum vteretur valetudine, ætate & infalubritate anni, & zelo domus Dei languore, piè vt vixit, pro-

procuratusque ritè diuinis tertio Kalendas Decembris supremum spiritum exhalauit. Amantissimus erat, & intelligentissimus institutorum Societatis; vitæ inculpata, excellentis doctrina, atque prudentia, ab anno 1556. in Societate, magnam partem in regendis Collegijs, præclarè versatus, quo maius hoc tempore desiderium sui reliquit, cum talium columinum, nec magna copia, & vsus maximus erat. Eius in locum communi Societatis iure Franciscus Galarza Præpositus Vallisoletanæ domus successit, dum successorem ordinarium Generalis Præpositus nominaret. Ceterum Labata, Rector Salmanticensis supremis Commissarij verbis haud parùm commotus, sciscitandum putauit, vt clariùs explicaret, Quas cuique liceret molestias, & miserias suas ad tribunal Quæstorum deferre. Si enim nec ad fidem illæ, nec ad causam sancti eius Officij propriam pertinerent, an velent obedientiam in Societate funditus perdi, dum quilibet quæcunque res displiceat, sanctum Officium appellat, ne cogatur vel migrare quò nolit, vel suscipere laboriosum munus, vel poenas meritas dare, contemptam ob disciplinam. Non enim verosimile videri, tantum sibi Dominos Quæstos assumere iuris, aut negotij velle. Huic interrogationi responsum, quid sit, non comperi: sed anno insequenti ita est cognita Carilli importunitas, & mala fides, vt de Societate, etiam Quæstorum consensu, tanquam indignus, ac perfidus filius amandatus sit.

Multos amisit Lusitania, & antiquitate religionis, & rebus gestis, & virtute memorabiles viros: quorum Franciscus Henricius, Georgius Serranus, & Vasco Perez inter professos piè defuncti. Henricio vltimus dies illixit postridie idus Martij; ab Februarij anno 1546. in Societate natus, ac religiosè exercito, in magnis negotijs, maximèque in Collegiorum facultatibus procurandis. à puero deditam Religioni indolem natum, cum annum quintum & vigesimum ageret à Ioannis Tertij Regis famulatu, ad Christi migravit obsequia. Georgius Serranus Patria Olyssipponensis, anno Domini 1544., sextodecimo suo, cooptatus in Societatem, inque ea disciplinis omnibus magno profectu, vt ingenio pollebat, excultus, theologiam multos annos docuit: inde ad Præfecturas admodum, etiam prouinciam bene administrauit. Hoc tempore Vicarius pro Fonseca S. Rocchi domum regebat, iamque diù è Consilio sacrorum Quæstorum, erat, magnæ apud populum, atque optimates autoritatis. Septimum idus Augusti diem vitæ supremum habuit. Vasco patria fuit Elua, ætas, cum ad Societatem anno 1560. accessit, annorum non plus quindecim: quantoque puriorem, ac molliorem attulit ad scholam virtutis animum, hoc altius, omne honesti genus hausit. In literis item progressus insignes habuit; præter alia linguas hebraeam, & græcam egregiè adeptus, quas & complures annos interpretatus est. Decessit die S. Matthæi, cum præfectum rerum spiritualium ad Sancti Rocchi ageret: iamque duodecimum annum tyrones, non verbo magis, quàm vitæ suæ formâ erudisset. Nobilem sortitus est finem Ludouicus Aluarius Auisij, quod Eborensis diocesis est oppidum. is ex oppido agri Olyssipponensis honestè genitus, in grauibus disciplinis adolescentiam, theologicus auditor, agens, ex patris morte primos habuit ad religiosam vitam impulsus. Vbi enim ille, quem suauissimè diligebat, ereptus est, in fastidium mortalia cuncta venerunt. In cœlestis igitur, immortalisque Patris lectus sortem anno sæculi huius sexagesimo, vitæ suæ altero, & vigesimo, magno magna tolerandi ardore transgressus, consentaneum initijs totum habuit vitæ cursum, & finem. Præstantem sortitus verbi diuini prædicandi facultatem, & aliter hominum animas excolendi, non facile dictu est, quantas Lusitanis utilitates attulerit. Ad extremum cum præscriptæ ab Generali Præposito diuersas in oras excursions decernerentur, ipse à Ioanne Correa Prouinciali institit, vt se quoque apostolici laboris, atque benedictionis facere participem vellet.

simul-

150
Labata interrogatio
circa edictum
quæstorum.

151
Carillus de
Societate
pulsus.

152
Francisci
Henrici pia
mors.

153
Itè Georgij
Serrani.

Et Vasco
Perez.

154
Ludouici Al
uarij vitæ
summa &
obitus felix.

simulque impetrauit, illam dicens suam esse desiderio desideratam missionem; cum Raphaele Carnero in plagam transaganam destinatus, dum baculo innixus, suam sibi humeris sarcinulam portans, castella, & pagos perlustrat, praedicans regnum Dei; inuitans ad poenitentiam; aures confitentibus continenti labore praebens, ante omnia exemplo vitae mirus, ac salutaris; febrili in publica hospitali domo decubuit: nec inde quanquam multi adniterentur amoueri sese permisit. Verum laetus, quod sibi pauperem consecrauit, liceret animam in contubernio pauperum reddere. Septimo Kal. Decembris, eodem loco curriculum laboriosae aetatis expleuit. Corpus Eboram (non enim plus diei iter distabat) honestissimo populi religioforum, & Clericorum comitatu perlatum: atque aegre cohibita multitudo, ne demortui vestimenta certatim ad conferuandas reliquias laceraret. Haud absimilem Ludouicus Vasconcellus Angrae venerationem sui reliquit, vbi quintum iam annum regebat Collegium, cum alterum quinquenium multo ante rexisset, externis, atque domesticis laudatus, anno 1534. mense Aprili, vndeigesimum annum aetatis suae decurrens, adscriptus in Societatem est, eo praecipue adamatam, quod ad martyrium (cuius flagrabat cupidine) consequendum aptissimam iudicabat. Nunc Eborae, aut Conimbricae, aut Olyssipone tyronum institutor, nunc Prouincialium Comes; nunc Rector; aetatem omnium ornatu virtutum spectandam exegit.

Angolae in Regno, quam vtiliter hoc quoque anno Patres nostri contenderent in omni Ecclesiastici ministerij parte duobus in praesentia demonstratur indicijs, primum conuersione quingentorum supra mille, & patrijs superstitionibus ad Christi Ecclesiam baptismo aggregatorum, praeter plures alios, qui iustus de causis in catechumenorum adhuc ordine sunt relictis: deinde iudicio Pauli Diazij Lusitani nobilissimi, eius nepotis, qui Promontorium Bonae spei primus superauit, hominis ijs in partibus praepotentis, qui ibidem hoc anno moriens iisdem supremis Tabulis, quibus agros amplissimos, & vberimos Societati legauit, Philippum Regem admonuit, vt si saluum, ac florens in terris illis Barbaris & suum, & Dei regnum veller, daret operam, vt quamplurimi semper sibi degerent Patres Societatis. Hoc anno duo e nostris missi ex India in Aethiopia intercluso varijs casibus eius regni aditu, in lucro posuere, quod reuerti vnde discesserant, liceret. Causa mittendi fuit, quod duos tantum e magni Patriarchae Ouiedi comitibus illic superstites esse constaret, quos subsidio egere non dubium erat. Sed Deo aliter tunc quidem visum, & nullum enim pertinacissime vexati tempestate, ter malo nauigij contracto proxime naufragium adducti, eieci tandem in litus Arabiae, ibique capti ab Aethiopibus, & cuidam Turco mancipati, post multas de pretio redemptionis licitationes, & aliquando auarorum dominorum perfidia rescissam, certi lytri pactionem, tandem numerata piorum subsidijs, quanta exigebatur, pecunia, bona fide liberati, ac suo iuri redditi, versus Indiam iter intenderunt. Admonet me opportunitas illatae forte mentionis Aethiopicarum rerum, vt ex plenissimis commentarijs serius ad nos appulsis, hic qualicumque loco suppleam non amplius tolerabilem Annalium nostrorum praecedentium defectum. Si quidem interuersis casu quodam actis illius temporis in quod viri Venerabilis Andreae Ouiedi Patriarchae Aethiopiae pretiosa mors incidit, adhuc in nostra Historia, Annus, mensis, & dies ignoratur, quibus virum tantum ex hac vita euocare Deo visum est. Obseruare lector potuisti superius parte quarta huius operis a tradi mortuum Ouiedum Patriarcham anno Christi 1577, Paulo post b eundem obijisse diei Septembri mense, die propter literarum iacturam incerto: quem tamen Antonius de Arana e quartumdecimum fuisse mensis Septembris die sed

155
Ludouicus
Vasconcellus
Angrae pie
moritur.

156
Mille quin-
genti con-
uersi.

157
Testamentum
Pauli Diazij

158
Infelix iter
duorum in
Aethiopia
missorum.

159
Verus annus,
& dies mor-
tis Andreae
Ouiedi
a lib. 5 n. 265
b n. 292.
c lib. 2. de
vita Ouiedi
c. 3.

sed id. illum ex parum certis haussisse monumentis certum est; cum in contrarium consentiant duo in primis idonei Auctores, qui Æthiopicam istorum temporum ex professo Historiam tractarunt, Emmanuel Almeida, & Petrus Paëz è nostra vterque Societate. qui quoniam de anno dissident; tradente Almeida obiisse Patriarcham Ouiedum anno 1577. Petro autem Paëz affirmante superfuisse illum vsque ad annum 1580. Petro equidem hæc in parte plus fidei tribuerim, quem ex ipso Almeida constat diutissime in Æthiopia versatum, res & nostra illic Societatis, & illius Ecclesie, plene perspectas habuisse. Huius habemus volumen spissum libris quatuor prælongis vniuersam rerum in Æthiopia per Societatem gestarum, memoriam exequens diligenter ac disertè. Nuncupat id opus autor ipse Mutio Vitellescho Generali Præposito Societatis Epistolâ scriptâ in Vrbe Danca, vbi tunc degebat Imperator Æthiopiae, die 20. Maij Anno Christi 1622. Peruenit porro feliciter huc Romam ipsum eius libri archetypum vt videtur vnicum, atque autographum, autoris exaratum ipsius manu, quod ne in plura exemplaria vulgaretur, cum cætera penuria & difficultates istorum locorum, tum libri moles & longitudo prohibuerit. In eo sic ad fidem omnia appositè narratur, vt non dubitem quin si hoc scriptum Almeidae, aut diserto eius Breuiatorij videre contigisset, narrationes vterque suas ad eius auctoritatem accomodaturi fuerint. Adeoque illud inter alia comprobaturi quod disertè tradit: videlicet annum Æræ Christianæ millesimum quingentesimum octogesimum Andreae Ouiedo Æthiopum Patriarchæ sedis & vitæ fuisse supremum. Præterea eundem Virum incomparabilem, die, quem tota vitâ præ cæteris coluerat, Tertio Kal. Iulias, annuæ memoriæ Martyrij Apostolorum Petri & Pauli sacro, decessisse. Addit Petrus Paëz quod longo vsu obseruauerat, coli quantum fas est priuata pietate, ab Æthiopibus Catholicis anniuersariam Boni Patriarchæ Andreae transitus diem; sed qui correcto ex eo tempore apud nos, non item apud ipsos, decem dierum exemptione Calendario, nunc respondeat ei dici quem septimum Idus iulias nos more Romano numeramus. Præiurat Annalium Auctori in assignando decessui Andreae Patriarchæ Anno 1577. & mense Septembri, Nicolaus Godignus noster libro Tertio de Rebus Abassinorum cap. 15. Ac mox capite sequenti adiunxerat, quinque illi socios superstites in Æthiopiâ fuisse; ex ijs à moriente Patriarcha cæteris Præfectum Antonium Fernandium primum omnium obiisse; nec dicit quando. Post hunc obiisse Gonzalum Cardosum, qui à latronibus in sylua obruncatus interiit; quo anno, tacet. Tertium ex hac vita migrasse Andream Gualdarum, qui dum Præfecti sui iussu Mazuam petit, interceptus à Turcis, & pro Sacerdote Catholico agnitus, interfectus est, ne huius quidem mortis annum exprimit. Quarto loco ait abiisse ad superos Emmanuelem Fernandum; nec anno, nec die notatis: Incredibiliter deprauata omnia. Et ex ijs corrigenda quæ partim in supplemento libri 1. Partis huius V. partim sub finem libri quinti, & superius scripsimus, postquam iam meliorum eramus notitia monumentorum eruditi.

Goæ Indiarum Prætor Emanuel Sofa Cothinus cum classem armatam ad Mangaloris arcem mitteret, eò institit efficacius, vt duo è nostris Sacerdotes profecturis in eam expeditionem militibus adiungerentur, quò recentior memoria extabat operæ à duobus alijs egregiè nauatæ in expeditione Melindensi anni superioris, quam ducens Thomas Sofa Prætoris Frater, Alebechium Turcicæ classis Præfectum infestantem Africae littora, memorabili ad Mombazam insulam, Vrbe capta, & incensa, prælio victum, etiam captiuum duxerat cum ingenti præda. Mox de Rege Lami foedifrago, & Proditore intra suam ipsam Lamensem ciuitatem capto supplicium palam sumpserat: & tot, ac tantis rebus gestis tertio quam soluerat mense incolumen exercitum reportarat Goam. Prædicabant gra-

Hist. Soc. Jesu Par. v. Tom. I.

X x x

160
Errata in
libro Godi-
gni.

b num. 160.

161
Expeditio
Melindensis
felix.

162
In ea vtilis
opera no-
strorum.

163
Mille bapti-
zati Goz.

164
Mors Ludo-
uici Pineri.

165
Multi con-
uersi in Sal-
lectis.

166
Collegium
cum Semi-
nario vtri-
ter coniun-
ctum.

167
Mira docili-
tas in Ethni-
cis ad fidem.

is animis Duces, & milites quantum Patribus deberent. Eos in extremo periculo seuislima tempestatis, quæ vsque ad iacturam imperandam pre-
tiosissimum etiam sarcinarum terruerat, consternatam imperandam pre-
sperabundam multitudinem, supplicationibus, precationibus, & ostentio-
bus recreasse. Eosdem in prociactu difficillimi prælij aduersus hostes, & de-
numero plures, & victorijs feroces, & munitione in speciem impenetra-
bili septos, purgandis poenitentia militibus, moxque iisdem prælata Bea-
tissimæ Dei Matris effigie ad rem arduam heroico ausu aggrediendam ani-
mandis, inspirasse Christianis eos impetus; quibus nulla multitudo, nul-
la vis Turcorum, nulla iniquitas locorum, aut prærupta minacitas insu-
perabilium vallorum potuerit obistere. Postremo cum inter Solum classis
Præfectum, & Mendem vnum ex primarijs Tribunis, aliosque minores,
gravis esset, & periculosa de prædæ diuisione orta dissensio, ex qua in-
ternecinum certamen timebatur, Patrum interuentu composita rixa est, & fe-
liciter restituta concordia. Goz duobus baptismis solemnibus catechu-
meni mille quatuordecim Christo renati sunt. Ibidem Ludonicus Pinerus
Moralis Theologiae Magister, in meliorem, vt speratur, vitam pia morte tran-
siit, diligentissimus obseruator Religiosa disciplina, & Deo in omni re-
rum, ac vitæ varietate intimè coniunctus. In Salsetræ vberimi fructus
extabant stationum sex in quas Collegium Raciolanum per pagos eius re-
gionis aptè ad Euangelij prædicationem est diuisum. Ter mille octingenti
sexaginta quinque à nostris hoc anno baptizati. Cincinus pagus consensu
communi, & decreto publico suscepit Christianam legem, exilio recu-
santibus indicto. Quingenti vno die sacris aquis tincti. Id alij quidam
pagi imitati. Iamque in vniuersa regione Christianorum numerus ad vi-
ginti tria millia creuerat. Prætereo similia in alijs sedibus Prouincia; vt
Iaponios Legatos aliquando in patriam reducam. Prius tamen, quæ hoc
anno antequam Amacaeasis nauis Valignanum, & Legatos ferens Nanga-
zachim appelleret, per Iaponiam his Annalibus digna gesta sint, breui-
ter hic reddam. Duo seminaria, Fratrum nostrorum alterum opera mu-
lteris dantium, alterum Adolescentum externorum nostræ cure commissio-
rum, proprijs sedibus tempestate persecutionis excussa, in ditione Regis
Protasij diuersis Urbibus confederant, illud Aria, hoc Canzuz. Ex
ea separatione duarum eius generis, & instituti domuum, cum alia non
parua incommoda sequebantur, tum illud Euangelij propagationi valde
noxium; quod sic duplicato, aut etiam multiplicato numero Magistro-
rum, ac moderatorum vtriusque iuuentutis, minus multi supererant è Pa-
tribus, qui Apostolicis excursionibus per Pagos, & regiones Idololatrarum
darent operam regno Christi propagando. Collatis igitur Patres inter se
se consilij, Protasio Rege maxime probante, omnemque sumptum, at-
que operam prolixè offerente, Collegium ex Aria Canzuzam translatum,
iam tum sub finem anni superioris, seminario illic prius posito adiuuente.
Vnde factum, vt scholis iisdem religiosam, & secularem iuuentutem ca-
pientibus; vnoque vtriusque Magistro sufficiente, ac ex ipso Religiosorum
studentium, nec adhuc sacris initiatorum numero, contuberniorum mode-
ratoribus, regendo puerorum sodalities idoneis suppetentibus, Operarij
Sacerdotes ad triginta quinque expediti ad missiones Apostolicas reperirentur.
Ii continuo varie dimissi fructus eos tulere, quorum indicationem
breuem hic debere Lectori me sentio. Primùm, referebant deinde gra-
tulantés omnes, sese dum pagos obirent Infidelium, & obuijs quibusque
Christum annunciarent, miram admittendis, quæ tradebant docilitatem,
reperisse in multis vtriusque sexus senibus decrepitis, qui fere breui tem-
pore postquam erant baptizati moriebantur, vt in idipsum dilati beneuolen-
tiamis prouidentia viderentur. Post hoc omnibus commune, quadam
ref.

referentur singulorum propria. Duo elaborabant in oppido cui nomen Migra, nec multum proficiebant, quod locus tenebatur velut praesidio diaboli, Cœnobio locupletum Bonziorum, qui loci incolae sibi obnoxios grauibus minis deterrebant à Christi religione suscipienda; parum in eo verentes Protasium Regem, quod eum metu Cambacundoni non ausurum in ipsos sauire confidebant. Ac iam successu quodam auctis animis, non contenti obstare conuersioni gentilium, paucos etiam, qui ibi vivebant Christianos calumniabantur, quæstis cauillandi prætextibus. Sepelierant ij quemdam è suis mortuum certo loco. Eum locum Bonzij, iuris ipsorum esse causati, minaciter edixerunt, nisi mortuus inde mature tolleretur, sese curaturos in sterquilinum feris, auibusque comedendum eiici: quo terrore Christiani resossum cadaver alibi condiderunt. His Rex Protasius auditis, enimvero non amplius dissimulandum ratus, Bonziorum Praefectum ad se citat, quarit, ecquid scierint sese esse Christianum? Vnde ergo tantum licere sibi voluissent in Professores Religionis Regis sui? Deprehensus Bonzium cum nec inficiari factum impium, nec excusatione idonea posse defendere, bonis multatus redire in Cœnobium iussus est, ac suis nunciare: deliberaturum Regem quid de capite rebellium sibi subditorum constituere conueniat. Et re vera Rex, quod legibus Japoniæ ipsi licebat, de ijs necandis cogitabat. Sed Patres nostri palam deprecati sunt. At Bonzij iactura bonorum & mortis metu consternati, vbi cognouerunt deprecantibus Patribus gratiam ipsi vitæ impetratam ab irato Principe, adeo emolliti sunt quadam teneritudine grati animi, vt vltro benefactores, prius exosissimos, adirent, gratias agerent, venerarentur; audirent ad extremum legem Euangelicam edisserentes, eamque facile probatam amplecterentur omnes palam baptismo suscepto. Mille cum ipsis Indigenarum credidere, tinctique sacris aquis sunt; in alio vero oppido Monama dicto, ad nongentos baptizati. Coniugerat sub ditionem Protasij Regis Isafayus, eius sorore Primogenita non Christiana natus, Ethnicus adhuc ipse, quem Auunculus miseratus à Cambacundono spoliaturum principatu patrio, in arce munita sui regni, commodis adibus, & annuis attributis censibus honorificè habebat. Ad huius castrum delati duo ex Apostolicis operarijs facile iuuenem bonæ indolis ad baptismi desiderium perpulerunt, sed pertinaciter affixa patrijs superstitionibus obstabat mater: cuius, vrpote Regis sororis, auctoritatem veriti, non solum Isafayi familiares, sed & loci incolæ, à veritate Christiana, quantumuis perspecta, amplectenda retardabantur. Non diu latuit ea res Protasium, qui confestim denunciari sorori iussit: Christi cultum, atque amorem sibi cunctis longè necessitudinibus, atque affectibus antiquiorem esse. ni cum ipsa calumniari, insectarique desisteret, haud pro sorore agniturum, His minis territæ mulieri, cum insuper filius, & familiarium prudentissimi quique certatim admonerent, quantum deberet Regi, quantumque eo articulo rerum suarum eius gratiâ egeret, facile persuasum, vt saltem coniueretur cum ministris Euangelicis, nec eorum prædicationem palam oppugnaret. Sic non solum Isafayus, sed & vniuersa, eius familia per otium imbuti Christiana doctrina, Christum per baptismum induerunt, imitantibus eos incolis eius loci numero quinquaginta, supra vndecies centenos. Ipsa quoque ad extremum accedente Matre, Principis, & domus totius latitiam cumulante: cui vltimum, & efficacissimum ad deponendam pertinaciam impulsus opportunè impressit Gasparis Coëllij adhortatio, licet languentis eo iam tum morbo, quo breui est mortuus, vt postea dicemus. Ximabaræ similibus excursionibus acquisiti Christo mille sexcenti, totidem Tauræ. Denique in vniuerso regno Arimæ, inuitante præsertim miraculo crucis inuentæ, & signis, ac curationibus per eam in dies succedentibus, vndecim millia quingenti hoc

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. I.

XXX 2

anno

168
Bonzij Christianis iniuriam.169
Cohibentur à Rege.170
Quem ab ipsorum ex de nostri reuocant.171
Bonzij cum bis mille alijs baptizantur.172
Isafayi conuenio.173
Frustra impedita ab eius matre.174
Quæ tandè & ipsa credit.

- 175
Undecim-
millia quin-
geni bapti-
zati.
- 176
Nouitij A-
macusa O-
muram tras-
lati.
- 177
Bellum A-
macusianum.
- 178
Ad extre-
mum Ecce-
sia felix.
- 179
Gicondonus
cum Amacu-
zadono co-
iurat.
- 180
Ambo in-
Cambacun-
donum rebel-
lant.
- 181
Augustinus
contra illos
missus.
- 182
Amacuzado
no consule-
re tentat.
Frustra.
- 183
Expugnatio
Vrbis Fun-
da.
- 184
Amacusa-
donus recu-
siliat. Ca-
bacundono.
- anno baptizati; & nouem Ecclesiæ constructæ; sed locis alijs, & parum
celebribus; sacraque Officia, & conuentus in ijs cum aliqua latenti cu-
ra celebrabantur; ne Cambacundonus irritaretur. Tumente inter hæc
belli apparatus Amacusa insula, Nouitiij Societatis, quos eo missos per-
secutionis initio, dictum est, prudenter à Viceprovinciali translati sunt
Omuram; id vltro deposcente Principe Omura Sancio, qui cura deinde
paterna illos amplexus & ædes illis commodas, & victum attribuit beni-
gnissimè. Turbæ inde Amacuzæ in apertum incendium eruperunt, quo
cum videretur humanitas Ecclesiæ illorum tractuum, hætenus non parum
& numero, & merito Christianorum florens, misere confagratura, tamen
Deo moderante adeo in contrarium fors vertit, vt ex istis ipsis denique
tumultibus non parum religio proficeret. Amacusan Insulam inter se par-
tiebantur Dynastæ quinque. Potior pars Ioanni sæpius à nobis memora-
to parebat, Amacuzadono inde nominato, Christiano feruentissimo, ei-
demque viro fortissimo. Duo alij Christiani item erant, sed recentiores;
nimirum ex quo persecutio ceperat Ecclesiæ adiuncti; Oiondonus, sic di-
ctus à dominio insulæ Oienis, & Sumotodonus, præter locum vnde id
nomen more iaponico trahebat, multarum quoque aliarum terrarum do-
minus. duo postremi ante hoc bellum adhuc Ethnici, eius occasione
Christum agnouerunt, Coiuradonus, & Gicondonus; hic puer decennis
sub tutela matris superstitionibus Iaponicis addictæ, hic grandis natu, Pa-
trius Protasij Regis; vir bellicosus; & dudum impatienter ferens inui-
diosam potentiam Cambacundoni; in quem cum liberissimè obloqui solitum
audiret Amacuzadonum Ioannem, Virum & opibus, & animo perac-
comodatam factioni firmam, facile, vt fit, ex consensu studiorum in So-
cietatem cum eo consiliorum venit. Ambo haud dubie rebellionem spe-
rabant, nec ea res diu latere Cambacundonum potuit, in omnes partes
acri vigilia intentum. Mittit quemdam Asonodarium nomine, hominem
sibi fidum, qui res eorum, ac sensus exploret. Is cum ipsis denun-
ciasset: habere se, quæ ipsis diceret nomine Cambacundoni, ad se veni-
re ne grauarentur: ambo ferociter adesse recusarunt. Quo nuncio Cam-
bacundonus exercitum Amaculam mittit, duobus Augustino & Torono-
zuquio. Augustinus Ioannem miserans, cui vt Christiano spatium consu-
lendi rebus suis dare cupiebat, belli primos impetus in Gicondonum ef-
fudit, ducto secum in eius terras Toronozuquio. Nemo in campo occur-
rit. Arx in qua erat ipse Gicondonus post acrem aliquot dierum oppugna-
tionem vi capta est, saluo tamen Gicondono, qui ad Protasium confu-
giens, in eius aula Christianis referta audito Catechismo libens, gau-
densque baptizatus est. Interim Amacuzadonum Augustinus exitio sub-
trahere pacem suadendo conabatur. At ille ne Gicondono quidem casu
fractus, experiti vltima decreuerat. Obsidetur regijs copijs in vrbe sua
Funda, nec vllam tamen compositionis mentionem sustinet. Dux Andreas
Patruus Amacuzadoni Præsidij Præfectus, cum fere mille trecentis Chri-
stianis militibus fortissimis, ea oppugnatione cadit. Euerlis iam muris
militi Cambacundoni per ruinas in urbem irrupenti fortissimè restitit co-
hors mulierum trecentarum, victoriamque in incerto diu tenuit, donec ijs
cunctis, præter duas, interfectis, tandem expugnata ciuitas est. Et To-
ronozuquius vt copias reficeret eruptionibus obsessorum multum imminutas,
in regnum Fingense recedere coactus, belli reliquias Augustino persequen-
das reliquit. Eo ille liberius, remoto arbitro, indulsit suo in Amacu-
zadonum fauori. Nec destitit vrgere, vt se ipsi consulere sineret, quoad
millis hominibus amicissimis fugienti persuasit, vt fidem suam experiretur,
pollicitus se ipsi veniam, & pacem impetraturum à Cambacundono. Hæc
finis huius belli fuit, cuius occasione non solum Gicondonus vi retul-

mus; sed & qui vltimus supererat Amacuzæ Principum Coiurandonus Ecclesiam per Baptismum adiunctus, nullam partem istius insulæ reliquit dominio Gentilium obnoxiam. Res in hunc modum est transacta. Arx quædam Pueri Coiurandoni, quæ propter eius quædam cum Gicondono conuenta, præsidio Gicondoni huius initio belli occupata fuerat, Augustino Victori cesserat. Is compositis rebus Amacuzæ digrediens, Christianum equitem, Virum optimum, & sibi fidissimum, isti præfecit arci, etiam atque etiam commendans, vt adolescentulum Coiurandonum christianæ legis rudimentis imbui curaret. Resistebat initio Pueri mater, tamen ad extremum annitente ipsius Coiurandoni sore fore maiore, quæ paulo antea renata per baptismum, Sumotodoni Christiani filio primogenito, & ipsi Christiano nupsêrat, cuncta sunt obstacula perrupta. Itaque Dominica Septuagesimæ huius anni in arce Coiurandoni solemniter baptismus magnæ ceremoniæ celebratus est. Eo Coiurandonus cum Matre cognatis, & familiaribus cunctis, aliquot item Bonzij, & multi ex eorum subditis, omnes numero mille quingenti, sacris aquis eluti sunt. Iucundum fuit videre quosdam ex ipsis post mysticum lauacrum exeuntes templo, in delubra profanorum numinum infestos currere, deiecta ex aris idola, vel è penetralibus extracta confringere, ac pedibus calcare. Nec perseverantia recte ceptis desuit. Religione in hac deinceps insula concordie fauore dynastarum omnium, felici cursu progrediente, valuitque ad leues homines ab inconstantia deterrendos supplicium opportunè à Sumotodono captum, de Apostata Bonzio, qui haud contentus, quam vltro petito baptismum susceperat, eiaranda religione, Christianis sacris illuisse, etiam per pagos cursans simplicioribus rusticis suadere reditum ad antiquas superstitiones conabatur. Huius caput præcisum in loco eminenti spectaculum vulgo præbuit; corpore seductoris, vna cum libris præstigiæ instrumentis, combusto. Nonis Maij huius anni finem viuendi fecit Canzuzæ P. Gaspar Coëllius Vice-provincialis, nono anno Præfecturæ suæ. Excoluerat Iaponicam vineam annis vndeiginti, non diligentia solum, & contentione, sed etiam successibus maximis, vitæ vir inculpatæ, rectissimæque mentis; sed probator industriâ priuata, quam Præfecturæ regendæ prudentiâ. Translato Arimam magnificis exequijs Protasius Rex, & concurrentes illorum, tractuum Ecclesiæ parentarunt. Sumpsit habenas rerum in mortui vicem, Petrus Gomezus, cui ad clauum Ecclesiæ Iaponicæ tempestate tam difficilli rectè moderandum, cum sua virtus, & sapientia satis facultatis dabant, tum vt idipsum securius ageret, opportunum breui subsidium adfuit, reditu in Iaponiam visitatoris Valignani, qui 12. Kal. Sextiles huius ipsius anni, cum quatuor Iaponijs Roma reducibus Legatis, Nangazachium feliciter appulit. Exscendens, Viceprovincialis Coëllij mortem audiuit, & quia multas hæc annis, quibus absuerat à Iaponia, Præcipuorum Præfecturæ Patrum literas acceperat conquærentium de Coëllio, quod plusquam par esset iudicio suo fideret, sententiam de rebus maximis, nullius nec quasito, nec audito consilio præcipitans, & male decretorum noxiè pertinax, vnde grauiora rei communis detrimenta nata viderentur, quo quam posset citissime offensiones leniret animorum, & damnis, quoad fas esset impendentibus irer obuiam, statim extraordinarium conuentum omnium, qui erant in Iaponia Professorum Societatis, & Superiorum, Canzuzam indixit in idus Augusti, vbi & præterita retractauit quoad fuit integrum, & de presentibus, futurisque, sententia cuiusque Patrum patientissimè audita, concordie cunctorum suffragio statuit. Hæc maxime agentem Valignanum interpellarunt à Simone Condera, & Augustino gratiosissimis aulicis literæ, quibus admonebatur, venturam quamprimùm Nangazachium iussu Imperatoris regiam nauem, quæ ipsum vti Prætoris India legatum, & quatuor Iuuenes Iaponios ex Europa reduces, velut

185
Coiurandoni
ni cõuercio

186
Et baptismum
item Matris
eius cognatorum,
& subditorum.
Ad mille
quingentos.

187
Supplicium
Apostate.
188
Mors Patris
Gasparis
Coëllij.

189
Ei succedit
Petrus Gomezus.
190
Reditus Valignani
cum legatis.

191
Quærela de
regimine
Coëllij.

192
Conuentus
Patrum Canzuzæ
celebratus.

193
Circa legationem
Valignani.

velut eiusdem in ista legatione Comites, ac Collegas ad Imperatoris obedientiam duceret. Expediuit se quamprimum, his acceptis, Visitator omnium alia cura, ut negotio tam necessario vacaret, redijtque mature Arimam, ubi quatuor Iaponios Legatos reliquerat, Canzuzam proficiscens, ac cum Ijs Nangazachium se contulit, ibi expectaturus dum euocaretur. Expectauit autem plus longe quam putarat. Nam Cambacundonus, qui magnam antea voluntatem ostenderat eius legationis quam honorificentissimè excipiendæ, maleuolorum, vti est creditum, sermonibus ab eo consilio auersus, postquam est reuersus Meacum mentionem eius rei nullam admittebat: Adeo ut Simonem Conderam sermonem ea de re autum ingredi, minaciter repulerit. Hæc nona Imperatoris mutatio Nangazachij ignorabatur, & moræ nauigij regij alia, atque alia ex verisimili assignabantur causæ. Itaque Rex Arimæ Protasius, & Princeps Omure Sancius, Auctores erant Valignano, ut cum ipsis gratulatur Imperatori nouas victorias ituris, vna cum Iuuenibus Roma reuerfis proficisci ne dubitaret, speraretque boni consuleturum id Cambacundonum. In quo constantem pro sua prudentia Valignano, & forte propter auctoritatem, suadentium in partem audendi proniorem, opportunè, ut est postea cognitum, morbus citra vitæ periculum inuast, quo id salubriter disturbatum est, sine dubio perniciosum, ad suspiciosissimum tyrannum iniussu accedendi, consilium. Per hunc modum vltimi menses huius anni Nangazachij transacti: quo circiter tempore ibi mutatio contigit, & in præfens molesta, & multo damnosior in posterum. Cambacundonus formidæ suæ potentia intentus, Nangazachium Principi Omuræ ereptum sibi usurpauit. Causa concupiscendi fuit, Emporij claritas, & frequentia, nec prætextus inuadendi anxie quæsitus à tyranno, dudum hunc quæstum exercente ditescendi raptò. Vbi Nangazachiana tunc Ciuitas erat, paucis ante annis nuda fuerat superficies sterilis agri, excurrente in altum tractu portuosi littoris, & primis exscensionibus appellentium ex Amacoo Lusitanarum nauium opportuni. Nostri Patres ea obseruata commoditate, deserunt solum in Asylum inopum Christianorum, *dynastiarum* Ethnicorum iniurijs, aut domo pulforum, aut vltro, ne fidei periculo in patria viuerent, exilium optantium, verterant; prolixè annuente Bartholomæo Principe Omuræ, huius qui modo dominabatur Sancij parente, cuius ad ditionem ea tum siluestribus arbutis horrida, & cultus expers ora pertinebat. Mapalia ibi primum structa in vicum creuere: mox è pago iustum oppidum exiit: nec diu post confluentibus ad lusitana commercia, vndeunque plurimis, vrbs triginta millibus ciuium frequens. Talis ferme nunc erat; aucta deinde, fermè in duplum, sed tota Christiana. Non enim Omuræ Principes domicilium in suis terris figere Ethnicos sinebant. Neque nunc Canganocamus, & Icanocamus à Cambacundono Præfeti missi, quidquam in Religione mutauerunt: vel quod ipse Imperator politica ratione id tum rebus suis vtilius duceret: vel quod ipsi, licet Idololatræ, Augustino apud Cambacundonum adhuc gratioso additi, Amico in hoc gratificandum putarent. Vigebat illic igitur nunc cum maximè Christianæ doctrinæ professio, Templis palam extructis, & miro concursu frequentatis. nec minus admirationi gentilibus erat sodalitas, quam vocabant Misericordiæ, quæ collatis & eleemosynis, & officijs præcipuorum eam constantium ciuium, tria publica hospitia inopibus excipientis, curandisque magnificè structa, liberaliterque instructa habebat. Horum duo gerocomia erant, vbi senum in vno pauperum, in alio decreptarum anuum magnus numerus, à sui quique sexus Ministris curabatur. Tertium omnis ætatis Nosocomium languentes excipiebat, quibus vnde sibi domi consulenter fortuna denegasset, Institutior horum operum primarius Iustinus quidam Christianus laudabatur, diues, & carens liberis qui

194
Varius animus Cambacundoni.

195
Valignani morbus.

196
Origines Nangazachij.

197
Ea Ciuitas Cambacundoni dominis addita.

198
Christiana Religio ibi florens.

199
Iustini, & eius vxoris pietas.

qui præterquam rem familiarem vniuersam in id expendit; etiam opera, obsequioque pauperes iuuabat; ipse in virorum diuersorio ministrans; vti & pari consensu eius vxor mulieribus in proprio ipsarum seruiebat diuersorio. Quibus etiam ministerijs in omnem se vitam deuouerant, comapalam vterque more Iaponico, detonsa. Hac per se probabilia, & ipsa humanitate hominibus quibusuis commendata, mira reddebat raritas, & nouitas: cum neque memoria maiorum, neque vsus presentium, vlla in Iaponia proponeret exempla subleuanda gratuitis officijs, & beneficijs infirmitatis, & egestatis alienæ. Itaque multos gentiles ea specie conciliatos Christianæ religioni scimus; vt non fere momenti plus haberet ad Christi doctrinam suadendam Prædicatio Patrum, quam ista vulgo edita specimina Christianæ charitatis. Cum igitur & ex vniuersa Iaponia, & è finitimis Nangazachio vrbibus, ac Pagis, puta Tacata, Inda, Vocaio, Cuza, Tzucumo, Chichinzuu, Tacalco, Chiota, multisque alijs; plurimi per occasionem commercij mortales Nangazachij nundinarentur, fiebat vt multos caperet species illa Sanctitatis è misericordiæ operibus eminentis; indeque accedente opportuna copia Magistrorum euangelij, non pauciores millenis quouis ibi anno Ecclesiæ aggregarentur. Iuuit in id ipsum hoc tempore conspectus inopinatus recens eò appulsum è Romana legatione Iaponiorum Iuuenum; è quorum ore res à se visas referentium, densis quotidie circulis Auditorum omnis generis multitudo pendebat. Maxime ipsos mirabantur antiqui familiares, & proprii cuiusque cognati; ac confanguinei, vti que postquam illos certo agnouerunt, in quo ipsos cogebat initio cunctari mutatio quam octo anni absentia in Adolescentibus effecerat. Nempe illi ferme pueri discesserant, iam autem alio statu, alio vultu, alijs moribus viri reuertebantur. Repererunt Matres superstitres Michael, Martinus, Mancius: nulla non earum in proprio partu recognoscendo laborauit. Sed facta demum fide, eò dulcius vtrimque in affectus erumpebat mutua caritas. Idem in Patribus, Auunculis, Germanis, Patrueilibus, cunctorum æque quatuor euenit, ignoratos illos primo aspectu vultus, postea mox errore amantissime dissimulantibus, non sine lacrymis inter blandissimos amplexus vi gaudij expressis. Hac dum conualescit Valignanus, dum expectatur à Cambacundono responsum, aliquot mensibus huius anni postremis, per Arimam, Omuram, Bungum, quo partim excurrerunt interim Legati, partim inde ad ipsos visendos excursum est, letitia, & gratulatio celebrata est, plausu Christianorum, sermonibus, & admiratione passim omnium. Nec minus interea, vt est credula felicitas, & quod cuique ex voto contigit, pro pignore est desiderata consequendi, blandiebantur sibi tam indigenæ, quam aduenæ Christi cultores de sine persecutionis, & pœnitentia Cambacundoni, quem in proposito ostenso Christianismi destruendi non persistere, multa narrabantur, quæ suaderent. Constabat auditum ex illo, cum vxori fateretur; se nimiam præcipitem in decernendo Patribus exilio fuisse. Item aliquando percontatum è Ruyzio, Sacæ Præfecto, Patre Augustini, ecquid putaret Laurentium quoque; vnum è nostris sibi notum, cum exulare iussis cæteris Patribus è Iaponia discessurum? respondente Ruyzio, se non existimare hominem tanto natu, ad incommoda ingrauescentis ætatis peregrini Cœli nouitatem additurum, quod sine manifesto vitæ periculo facere nequiret: placidè reposuisse Cambacundonum; nec ego id eum facturum, credo. Quod in eam significationem Ruyzius traxit; vt facillè pati Imperatorem existimaret, suo isti decreto non obtemperari. Sane illud palam erat: quanquam haud esset Cambacundono ignotum remansisse clanculum in Iaponia eiectos ab ipso Patres; tamen id dissimulare, ac satis habere, quod non apparent publice eadem qua prius libertate. Referebat præterea Benedictus Augustini maior frater, cum Ruyzij Patris sui mortem.

Impe-

200
Exempla
misericordiæ
Gentiles
mouent.

201
Multorum
hinc conuer
siones.

202
Legati ex
Europa re
duces vix à
suis agniti.

203
Motus ani
morum è le
gatorum cō
spectu.

204
Auguria ces
saturæ per
secutionis.

205
Cambacundoni fauor
in Christianis.

Imperatori nunciasset, statim se ab eo donatum Præfectura Sacai, quam eius Pater, dum viueret, gesserat: dimissumque his ab illo verbis: fac eam fidem, iustitiamque in isto tibi commissio magistratu exhibeas, quas Christiana vestra lex præcipit. Denique memorabatur obseruatum esse, ex quo Iustus Vconodus exciderat gratia, cæteros christianos duces, Augustinum, Simonem Conderam, aliosque multos à Rege plura etiam, quam ante præcipui fauoris, amorisque accepisse pignora. Augustino quippe triplò plus, quam antea haberet, censuum, & diuitiarum datum, additamque Præfecturam nouem Regnorum Ximi; Simonem Regem factum. Buygensis Regni; Arimæ Reges, & Omuræ, Paulumque Principem Bungensem, palam Christianos, apud quos non nesciret delitescere Patres à se Iaponia exire iussos; tamen ab ipso perhonorificè exceptos. Huius generis sermonibus, & quas inde nasci pronum erat, spebus, augurationibusque meliorum, Nangazachiensis consolabantur nouum terrorem impostæ ceruicibus ipsorum dominationis Cambacundoni: dum in hac vice rerum euolueretur annus fluentis sæculi nonagesimus, vltra cuius fines narrationibus huius Annalis excutere non licet.

206
Episcopi Baiacensis beneficia in Soc.

Res Brasiliæ consuetum cursum contentionis, atque industriæ nostrorum, fructu benignè respondente, hoc anno tenebat. Baiacensium præsertim Collegium florebat beneuolè, & benefico Episcopi fauore, Viri supremam illam dignitatem excellentibus omnis generis virtutibus æquantis. Is delectatus munditiæ sacri apparatus in nostro templo, & sacrarum maximè reliquiarum è loculis ornatis in arâ principe venerabiliter extantium, vltro recepit cereorum annuam copiam ei religioni continuandæ sua se pecunia curaturum. Nec mortuorum honori consuluisset contentus, excitandis ad laudem viuus non minus religiosè liberalitatem impendit. Quanti enim momenti esset excitari præmijs alacritatem iuuentutis, laborioso studio in scholis nostris virtutis, atque ingenij tyrocinium ponentis intelligens, sumptum de suo annuum addixit, Libris, Sacris iconibus, Thecis Reliquiaris, atque id genus speciosis munusculis idonea copia parandis, vnde industria diligentiorum publica commendatione autoraretur. Acuit eximie Iuuenum conatus ad profectum insignem quod idem sapientissimus Antistes hoc tempore instituit, & constanter deinde tenuit; prout erat palam professus se ita facturum. Nimirum in distributione Sacerdotiorum vacantium præcipuam habebat rationem eorum, qui nostris Magistris longam, assiduam, & successu profectuum probatam operam dedissent. Nec segnis ad hos stimulos languebat Adolescentum indoles. Feruebant passim studia, & specimina palam edita progressuum magnorum, plausu, & gratulatione lectissimorum cœtuum celebrabantur. Declamatum eleganter in Humanitatis, & Rhetoricæ scholis: Expositaque literarijs pompis lucubrationum varij generis, & ingeniosorum carminum erudita spectacula. Die vero Conceptæ Immaculatæ Dei Matri sacro duodecim ex Auditoribus Philosophiæ, solemnî concertatione probatis, academica laurea honores magna cæremonia collati sunt. Cumulabat parentum, & Ciuium gaudia, conatibus ætatis teneræ naturali caritate fauentium, non minor adolescentulorum ad virtutum decora, quam ad doctrinæ laudem, præstantibus exemplis demonstrata contentio, in cunctis æque Brasiliæ Prouinciæ Collegijs, vbi Sodalitates Beatæ Virginis, consuetos alibi quoque, nec minore quam vsquam copia fructus edebant. Illud haud scio an non eximium in his locis visum sit, quod è parthenijs eiusmodi catibus pueruli solebant, vbi forte per plateas, rixantes quospian, aut vel obsecræna, vel blasphema esturientes reperissent, accidere ad genua peccantibus, & Dei nomine rogare, vt factis iniustis, dictis inhonestis abisterent. Exarmabat plerunque iras, furoresque debacchantium respectus innocentia supplicis; & si quis flagrante perturbatione primam speciem puerilis

207
Excitat præmijs studiæ Iuuenum.

208
Profectus discipulorum in literis.

209
Pæcorum industria in corrigendis peccantibus

rillis admonitionis repelleret durius; ferè tamen vel adstantium conuictio, vel morſu conſcientiæ paulo poſt confundebantur. Accurrit ad noſtros Paraiabæ verſantes, alieno tempore conſeſſionis copiam expoſcens quidam; offerentique ſe Sacerdoti dixit: ſeſe cum comederet carnes, quo die id Eccleſia vetabat, oratum à puero in genua proſtrato, ne id faceret, monitorem ſtomachose reieciſſe. Sed cum is nihil repulſa motus intentius exorare perrexiſſet, additis etiam ad preces lacrymis, ſuam ſe contumaciam damnafſe, ac eam maturè expiatum accurrere. De fructu è concionibus Catechiſmis, concuſationibus per pagos vberimè collecto, ne ſimilia tediousè ſepius iterentur, anno ſequenti diſtinctius dicitur. E medijs huius amplæ meſſis laboribus, duo manipulis onuſti præſtantes operarij, ad meritam quietem euocati memorandi ſunt breuiter. In Collegio Fluminis Ianuarij Ioannes Baptiſta, ortu Italus, excellentis induſtriæ Sacerdos, finem viuendi fecit. Ante annos octodecim huc appulerat, & lingua Braſilica magno labore ita parata, vt ea etiam eloquenter vteretur; Barbaris ad Dei notitiam vocandis, Neophytis erudiendis, caterisque id genus apoſtolicis functionibus operam impigrè nauauerat. Hunc Piratininga, ſecutus eſt P. Emanuel de Chanes, in ætate octogenaria adhuc indefeſſæ caritatis. ſpectaculum erat amabile videre decrepitem ſenem, animi ardore frigus ſenectutis eluſtante, curſare per pagos, ſolicitè quarentem animas, quas errorum tenebris, vitiorum corruptelis eximeret; ac magnum earum quotidie numerum à præcipiti perditionis via ad iter ſalutis reuocantem. Qui deinde ibi, magnis ſuis periculis, & ærumnis, paſſi ſunt irruptionem Barbarorum, quam annali mox ſequenti referemus, merito exiſtimarunt repræſentatam, diuino beneficio, Bono Patri Emmanuëli tranquillam mortem, qua malis ingentibus feliciter exemptus eſt.

Mexicanam hoc anno Prouinciam centum nonaginta quinque noſtri homines nihil operæ parentes excoluerunt. Referre quid profecerint paranti, ſylua ingens occurrit conſuſarum inuicem rerum; quibus affulgere poterit quædam lux ordinis; ſi labores hic exantlatos ad ſalutem animarum in duas quaſi claſſes partiamur. Prout enim duplex ibi reperitur mortalium genus, alterum illuc profectorum è mundo vetere; ad quod referuntur, qui ex Europeis illic parentibus nati ſunt, alterum Indigenarum; vtriſque iuuandis induſtria noſtrorum proprias exquirat, adhibetque rationes. Prius caput, quod attinet, cultura videlicet Hiſpanorum Mexicanos hoſce Tractus incolentium, ne vulgaria memorem concionum, Administrationis Sacramentorum, Conciliationum pacis inter diſſidentes, & quæ ſunt eius generis, quorum nihil à Noſtris non impigrè curatum, nihil fere ſine ſucceſſu tentatum eſt: quædam potius exequar ſingularia, quæ hoc anno his in locis inſtitui, aut geri contigit. In Vrbe Mexico aperta primum hoc anno Profeſſorum Domus à Patribus non pluribus ſeptem, maius quam pro iſto numero ſpecimen caritatis induſtriæque Societatis continuò cepit edere. Triftis ſtatim oblata materia officijs eſt, morbo peſtilenti per plebem vulgato, & funeribus domos exhauriente, magno luctu Ciuitatis; per quam Patres, ſine periculi proprij reſpectu, aut contagionis metu, diu noctuque vagantes, ægros in ſuis ipſorum domibus, aut in publico Noſocomio benigniſſimis obſequijs recreabant. Auctores ijdem publicè fuerunt, vt ad Dei opem extraordinarijs religionibus ciues recurrerent. Itaque ſupplicatione frequenti circumlata per plateas ciuitatis perantiqua ſummæque venerationis effigies Chriſti Crucifixi, proſequentem omni clero illata in Templum noſtrorum, ibique per nouem dies ad aſſiduas pro communi valetudine preces expoſita. Nec votis, quæ Dei eſt miſericordia, ſucceſſus deſiuit. Conſeneſcere iam inde vis morbi cepit; paulatimque ſalubritas Cœlo, & corporibus conſueta redijt. Perſiſtit tamen in curſu iam proſpero valetudinis publicæ impetus ad pietatem

Hiſt. Soc. Ieſu Par. v. Tom. 1.

Y Y Y

tem

210
Mors &
laus P. Ioan.
Baptiſta.

211
P. Emanuel
lis de Cha-
ues decrepit
ti zelus.

212
Duplex ho-
minu genus
in Mexico.

213
Initium do-
mus profes-
ſæ Mexica-
næ.

214
Patrum cari-
tas in peſti-
lencia.

215
Supplicatio
ne fugata
peſtis.

rem metu morbi captus; neque ad solita dumtaxat officia religionis, sed ad extraordinarias quoque deuotiones docilem se, ac monstrantibus se- quacem bonus populus ostendit. Habemus in templo illic nostro beni- gnam copiam sacrarum Reliquiarum, Sanctorum varij status, ac gene- ris sane multorum, quæ speciosis condita loculis super aras exposita ma- gna confluentium consolatione colebantur. Id obseruantibus quibusdam Patribus, opportunum visum est, suadere consulentibus ipsos de salute animæ, vt patronum sibi quempiam ex ipsis suo ipsorum statui accomo- datum in tempus aliquod adsciscerent, quo tempore durante certum sibi in imitationem, aut cultum eorum præscriberent numerum, ac modum re- ligiosarum exercitationum, videlicet orationum, elemosynarum, ac modum re- ligiosarum Sacramentorum, aliorumque id genus operum. Placuit mentione ipsâ primâ propositio, ac factitatumque id cum fructu à multis religione priuata, denique in publicam obseruantiam profect. Egerunt è primarijs quoque ciuibus, ac Magistratibus cum Ecclesiaste no- stri templi, vt instante solemnitate omnium Sanctorum, assignaret in pu- blica concione cunctis ordinibus ciuitatis Sanctum aliquem peculiarem Pa- tronum vsque ad vertentem annum. Puta Ecclesiasticis quemdam ex anti- quis Cœlo vindicatis Præsulibus, aut Presbyteris: Laicis aliquem in co- vita gradu Cœlum lucratum: Matronis, ac Puellis Beatam aliquam Vi- duam, aut Virginem. Ita factum, consolatione Ciuitatis summa, nec sine vberi in annum prouentu meritorum, & operum bonorum. In diem quoque mox sequentem commemorationis defunctorum, collatione piorum hominum coacta iam ante pecunia liberaliter impensa est in procuracionem quam maximi numeri sacrificiorum, quæ animabus vitæ maculas igne pur- gantibus solatium afferrent. Vtramque rem fauor publicus in sequentium quoque annorum imitationem commendauit: decreto publici consilij, in istius instituti confirmationem rite perlato. Harum Religionum fructus, cum in cætera emendatione vitæ, tum in facili, ac larga elemosynarum collatione perspectus est. Animaduertent nostri multos in magna ciui- te algere pauperes inopia vestitûs, aut parum honestè seminuda corpora obtutibus offerre. Admonuit, nec multis verbis semel iterumque ea de re Populum Ecclesiastes de sacro pulpito. Mox toties factæ in- sectæque vestis collatum in Domum nostram vndique est, vt deinceps non defuerit vnde maiori ex parte isti necessitati consuleretur. Similium lar- gitionum ope, multarum innocentia seruata, quædam è flagitijs ad pœni- tentiam vocata. Omitto remissiones iniuriarum, & inter palam acerbè- que dissidentes conciliatam beneuolentiam, similiaque aliqua vt de Insti- tutione Iuuentutis dicam. Ad eam institutum ante hos annos quatuor in Vrbe Mexico Seminarium à S. Ildefonso nominatum, hoc anno alumnos ad centum quinquaginta numerabat. Aliquanto pauciores aliud in Vrbe Angelopoli ante quinquennium ceptum nomine, S. Hieronymi. Sed vtro- bique par ferè pretium extabat operæ, sequaci ad præscripta formantium bonæ pubis indole. In eos conuictus è remotis etiam vrbibus, ac Pro- uincijs nobilissimi quique pueri mittebantur. Ipse Illustrissimus Prorex tres suos filios S. Ildefonsi collegio dederat. Omnes profectum in literis egre- gium experimentis publicè laudatissimis probarunt. Nec fere studio mi- nori ad virtutum laudem enitebantur. Argumento sit, quod hoc anno ex vna illa S. Ildefonsi Domo quatuordecim Adolescentes optimæ spei spretis sæculi pompis in varios Religiosorum ordines nomina dedere. Ad omnes vniuersim scholarum nostrarum Auditores emendatione morum, & Christiana disciplina formandos mirificè profuerunt Beatæ Deiparæ vbique institutæ sodalitates. Ex ijs, quæ dudum in Mexicano Collegio ceperat perlato hoc anno aggregationis ad Romanam diplomate, Encenia velut sua pompa ingenti celebravit, ipso Cœlorum Regina in cœlos Assumptæ anni-

216
Veneratio
Sanctorum.

217
Primatum, ac
publice vti-
liter suscep-
ta.

218
Suffragia
defunctorum
procurata.

219
Nuditati
corporum.

220
Et periculis
animarum
elemosynis
consultum.

221
Seminario-
rum vtilitas

222
Sodalitatu
B V. fructus

anniuersario die . Tantusque numerus admitti postulantium fuit , vt colonia ducenda fuerit , nulla vna exhedra satis ad multitudinem capaci . Ergo Theologiae , ac Philosophiae studiosis in priori sede relicta , nouus coetus formatus est , ex Humanitatis , atque Grammaticae studia sequentibus . Nec tamen sine delectu admittebantur . Exemplo erit quod vni e candidatis accidit . Adolescens caetera bonus sodalitiij parthenij aditum ambiens , a Patre , cuius ea erat cura , longo iam tempore differebatur ; celante consulto cunctandi causam , vt puer ipse diuinaret ; erat enim munditiarum , ac vani cultus studiosior , quam decere videretur . Ergo aliquando coram pluribus instanti : quid tibi vis , inquit , Fili cum ista leuitatem spirante coma ? Ephobos forsitan in aulis Principum istae deliciae deceant ; Dei Mater cincinnatos in obsequio suo non cupit . Ad ea stimulis intus haud mollibus incitatus iuuenis , repente procidit in genua , & forficibus promptis comae luxuriam castigans : per cinnos , ait , deinceps non stabit , quominus in sacram Coeli Reginae familiam scribar . En si haec erat mora , ne vltra cuncteris Pater . Haec de multis electa similibus satis sint . Addo , vt de cura Christianis antiquis impensa quod dicendum est absoluaui , per vicos , & plateas ad orientem feriatas diebus plebem , item profectis ad officinas Lanariorum , aut aliorum magno simul numero opificijs non streperis attendentium , catecheses , & conciones habitae perutiles . Sodalitia quoque Parthenia diuersa in vsu maturae iam aetatis , & Patrum familias propria dicata . Qualium in id quod in Vaxacensi Collegio excitatum est ipse loci Episcopus adscribi voluit . Nec vero in ijs solum locis , vbi Societatis domicilia sunt , his laboribus exulta Europeorum Coloniae ; in oppida quoque plurima , Pagos , & Villas excursum , quo illae sparsae sunt ; & ne barbariae contagione degenerarent strenue vbique curatum est .

Superest vt iam alterum exequar caput de ratione inita Indigenarum adiuuandorum . Duplex est eorum genus . Nam multi primo iam tum Hispanorum huc appulsu cum Dominis religionem mutarunt ; seque , & suos paruulos baptizari passi sunt . Alij plures , in locis praesertim a mari , atque a commercio remotioribus , auitas adhuc superstitiones tenent . Sed inter ambos quando in eas terras Societas venit haud magnum in moribus , & sensibus discrimen erat . Impositi quidem Parochi erant Ciuitatibus , ac pagis ipsorum ; at linguarum illic vigentium ignari ; & est earum numerus magnus , ingensque diuersitas , vt aliquando confines vici idiomate discrepent , nec nusquam vrbis eiusdem ciues alij alios non intelligant ; cum hi Othomitanae , illi Mexicanae , quidam linguis alijs insueuerint . Baptizati ergo dumtaxat in infantia , de caetero Christi doctrinam funditus ignorabant : quippe qui nunquam docerentur . Morum autem foeda colluuias , cum nulla esset notitia mandatorum Dei : nullus confessionis vsus . Naturae vero lumen patrijs ipsorum superstitionibus , ac vitijs , grauioriquam vsquam diaboli tyrannide hebetatum , ac tantum non extinctum , discrimen honesti , & turpis agre deprauatissimis ostenderet .

His nostri animaduersis , iam tum ex quo primum istas in regiones Societas venit , diligentem , vt alibi notatum est , posuerunt operam in comparanda notitia , & vsu linguarum ibi vtilium ; qua iam satis instructi , docendis accurate Neophytis , eorumque confessionibus audiendis haud perfunctorie vacabant . Patribus quibusdam ad eam proprie curam applicitis ; locis quoque , ac templis vbi separatim a Veteribus Christianis excolerentur , quoad fieri posset , assignatis . Sic enim in Vrbe Mexico , exempli causa , Templum S. Gregorij , Collegio vicinum , Indorum vsibus proprie attributum est : & in aedibus huic adiunctis duo Sacerdotes cum totidem Laicis vnum negotium habent , mores ipsorum , atque animos formandi , administratione Sacramentorum , & verbi Dei : in quo non tan-

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. I.

Y Y Y 2

tum

223

Egregium
pueri factu.

224

Excursionem
in Pagos.

225

Linguae popularis ignorantia in curatoribus animarum damnosa.

226

Statio S. Gregorij Mexicana in vsu Indorum.

227
Et alia ali-
bi.

tum eatenus proficiunt, ut bonos eos Christianos & diuinæ legis obseruantes reddant, sed Deo copiosè miseris quoque has gentes Gratia vberioris donis cumulante, ad perfectionis etiam studium non paucos excitent. Similiter elaboratur Angelopoli, Vallisoleti noui regni, Tepozotlana, Vaxacæ, Vadalaiaræ, Pascuari, in oppido veræ crucis, Tepozotlana, & veræ Crucis, Operarij in adiacentes pagos, & remotiores interdum tractus, ac Prouincias mittuntur; iidemque in locis ubi fructus operæ respondet, quoad messem exhauserint, morantur. Facile singulis quidquid præclare, ac feliciter est gestum ad propagationem regni Dei, exactè ac singillatim propter rerum multitudinem, & similitudinem referre cum nequeam, fastigia decerpam summa rerum, ut saltem

228
Beneuolentia Indorū
quibus artibus parta.

erat concilianda, ut institutioni locus esset, beneuolentia, & fiducia Barbarorum in Catechistas suos, abundè vbique adfuit, postquam abstinentia, & mansuetudine nostrorum vmbra suspicionum aduersarum sunt discussæ. Initio ferè, in Pagis præsertim remotioribus, ac interioris Barbarici tractibus, Indi dum aduenientes ad se nostros videbant, conseruabantur; bonorum aut libertatis detrimenta metuentes. Sed ubi mox videbant eos suum sibi victum deferre, reculare quin etiam vltro oblata, & tamen ipsis, liberisque ipsorum munuscula diuidere, ægrotos visere, solari, ministerijs donisque recreare: ita capiebantur, ut certatim ad audiendum concurrerent, inexplabiliter ex ore docentium penderent, peccata, qui baptizati iam erant, apud ipsos sincerissimè deponerent; omnes erudiendos se præberent: monstrata quæuis, etiam laboriosa, facitarent. Quin etiam gustata obiter institutione transeuntium allecti, in statas Magistrorum Sedes, ad eam iterandam, & peccata purganda, è longis intervalis, magno incommodo concurrerent. Adeo ut satis constet quosdam

229
Terroris ab
hominibus,
& demonibus
frustra
oblatis Neophytis.

ne minis quidem vinculorum, aut terroribus verberum per homines sceleratos intentatis, à perenda statis diebus vrbe sacrorum causa reuocari potuisse. Fuit quem diabolus ipse, palam apparens (quod in ijs gentibus non adeo rarum est) dissuadere à persequendo itinere ad Patres cepto conaretur. Referebatque, titubasse se metu obiecto tanto; nisi statim Iuuenis Illustris opportunè se in conspectum dantis; ac mox euanescentis, boni videlicet Angeli, sermone, & autoritate confirmatus in proposito foret. Nec desuerunt qui narrarent visam sibi Coeli Reginam, stipatam

230
Amor eorū
in Catechistas.

comitibus, eodem vestitu, quo Patres vtuntur indutis, quæ adire, audireque, aut venientes vltro admittere sic vestitos Sacerdotes blandè imperaret. Ex quibus, & ex longa experientia suauitatis, benignitatisque Catechistarum, & Confessariorum, sic aduersus eos tenerè afficiebantur, ut ab ijs non sine lacrymis diuellerentur; ægrotantibus cum ieiunio, & verberatione vltro suscepta, valetudinem exorarent. Denique digredientes ad longa spatia prosequerentur, iam erat amabilissimum audire, ut se cum à nostris percepta retractarent, ut Dei mandata, & elementa Christianæ doctrinæ inter se recitarent, interdumque cantarent, pueri, adulti, senes, sexus vtriusque; peccantesque libere monerent: ne id illud facerent, quoniam ea Patres esse illicita dixissent. Ad hæc, quæ videbant ab Hispanis celebrari religionis, aut misericordiæ officia, etiam ipsi vltro deposcebant. Sodalitia B. Virginis ipsis quoque flagitantibus instituta, & nihilo segnius frequentata sunt. Conferebant ipsi quoque ad largitiones in pauperes. Itaque die natalis Domini, itemque die sancto Paschæ huius anni, conuocatos magno numero mendicos in domum nostram contexerunt vestitu nouo, tum positis, instructisque mensis epulo lauto exceperunt, præcipuis ipsorum vna cum Patribus ministrantibus. Ebrietati

231
Ardor eorū
ad religionem.

per

perditè dedita gens; & antea nescisse se narrabant eam esse vitiosam. Itaque cum in pueritiâ baptizati, nec propter ignorantiam linguæ ipsorum in Sacerdotibus, qui eos curabant, edocti; exteriores solum religionis ritus veterum Christianorum exemplo frequentantes, cum se diebus Sanctioris hebdomadæ in templo palam verberaturi essent, quo id facerent animosius, ac citra doloris sensum, vino sese prius ingurgitabant. quo abusu primis confessionibus à Patribus reprehenso, vbi redeuntes ad sacrum Tribunal, interrogabantur; eequid in eo genere peccassent? minime, inquebant. Quod enim semel cognouimus nefas esse, non amplius facimus. Alia splendidior de naturâ corruptelis diuinæ gratiæ victoria hic paulo diligentius enarranda est. Americanarum huius fere tractus gentium præter naturalem humano vbique generi procliuatatem in venerem; etiam ob belluinam educationis corruptelam, & diaboli hic ex longo dominantis vehementiores quam vsquam impulsus, inquinatissima omni flagitiorum fœditate tota vita est. Nulla sanguinis verecundia, nullo cognationis germanitarive respectu, in promiscuis omnis ætas stupris, pudoris amisso sensu, volutatur. Adeo vt alicubi (quod non nisi rogata prius pace aurium dici fas est) paruorum liberorum pudicitia, ne à parentum quidem priorum libidine tuta sit: & vicissim vix dum puberum filiorum in matres, filiarum in patres petulantia erumpat, nec reijciatur. Cui enormitati furoris infandi facile omnes intelligunt, ad profligatissimam immanitatem, prodigiosæ, ac stygiæ nequitia superaddi nihil posse. Hoc ipsum indicandum fuit, vt diuinæ gratiæ vis intelligatur; quæ lilia colligere ex istis spinis, & tam obscenâ licentia infra bestiarum impudentiam deprauatos homines, ad Angelicæ puritatis specimina edenda excitare, ac perducere poterit. Pleræque mulieres aduersus tentamenta pudicitia; ieiunijs se orationibus, & Sacramentorum vsu, præsertim Eucharistiæ, præmuniunt: tantumque inde roboris hauriunt, quantum in permultis ibi celebribus exemplis inuictæ in castimonia constantia cernitur. Multæ corruptorum blanditias, quætuosas præmijs, armatas minis, longi temporis assidua pertinaciâ instantes, eodem semper integræ laudis tenore repulerunt. Fuerunt quibus abundaret animus ad importunitates impurorum manu, & fustibus abigendas. Virgines denique infirmas extremis strictum intentantibus honoris prædonibus eripuit, sanguine iam proprio perfusas ex plagis acceptis. Et fauebat miraculis interdum Deus: sic enim in gente præsertim recens conuersa solet. Vti cum in vrbe Pascuari viduæ pauperi, cui vir ante hos tres annos moriens vix tantum annonæ reliquerat, quantum ad parcum sexdecim dierum victum sufficere potuisset; illum ipsum tenuem frugis aceruum ita multiplicauit, vt hoc ipso anno à viri funere iam tertio inde vesci pergeret: Cauentes videlicet defensore viduarum, ne ista professione inopia; & conquestione subsidij in insidias inhiantium egenæ castitati delaberetur. Hæ tamen, quas dixi omnes ad illicita vocatæ, horrore turpitudinis; & supplicij metu sustineri à lapsu potuerunt. Fuit quæ solo amore Virginei decoris, honestas & à parentibus iussas nuptias, vel morte fugiendas duxerit. Virgo erat æquè commendata ætatis, ac formæ flore, ac animi virtutibus, quam quia nostræ literæ non nominant, Petronillam Mexicanam licebit appellare. Hanc honestus deperibat Adolescens; & Parentes vtrunque consenserant, reluctante insuperabiliter puella; conscia scilicet voti arcani, quo se Christo sacrauerat. Cum finis nullus vrgendi fieret, ad extremum defessa, inducjs impetratis in quatrimum, vehementissime institit à Cœlesti sponso, vt terrenum Riualet præuerteret, suamque ad se raperet. Adiungit orationi ieiunium, ieiunio cilicium, & verbera vltro suscepta. Die quarto, qua iam procus se beandum assensu optato sperabat, Virgo ad templum accurrit, confessione purgat animum, sacram Eucharistiã sumit:

232
Ebrietas
correcta.

233
Incontinentia
Indorû.

234
In Angelicâ
puritatem
mutata.

235
Annona vi-
dua multi-
plicata diu-
nitus.

263
Virgo in
Mexico
S. Petronil-
lam imitata.

sumit : & sub eam in dulcibus cum Christo colloquijs repente sine circumstantium sensu expirat . Felices animæ , ac quibusuis indicis pretiosiores gazis ; multoque dignissimæ , quas Euangelicæ Infitores Margantæ , & naufragiorum discrimina quærentes , non caro emere videantur , licet eas impensio vitæ , ac sanguinis pretio comparent . Sed ne quis totam verocundia victricis laudem infirmiori sexui tributam existimet ; addam hereticum exemplum pudicitia virilis ; etiam casu inopinato nobilitatum : quod etsi nostræ literæ ad annum mox sequentem referre videantur ; tamen quia etiam ista ipsa castitatis inuictæ honestissima memoratu decora , sine adiuncta molesta mentione turpitudinis eam oppugnantium , explicari nequeunt , insuavis argumenti tractatione semel hic defungi iuuat . Indus erat Angelopoli Adolefcens florentis formæ , quam suus pudor , modestiaque amabiliorem fecerant . In hunc procax mulier adiectis cupiditatis oculis , dedit operam quæsitis prætextibus , vt nihil mali suspicatum in ædes acciret : Hic dum eum , ocluso prius diligenter ostio flagrans amentia meretrix ad suæ libidinis assensum trahit ; ille datæ Christo fidei memor , magnopere rennere . Contra Lupa illecebras intendere , preñareque reluctantem . Denique conatu summo manibus impuris castus se iuuenis auellit , & in conclaue proximum fugit , vesana femina , quod elabi non posse prædam sciret , modicum excurrere sinente . Tentatis puer eo intervallo foribus , eas diligentissimè obseratas sentiens , eò desperatione subita raptus est , vt laqueo ex obuio fune collo inserto sese de tigillo suspendent . Faut ignoscens Deus castæ mentis proposito , inconcessam per opinionis errorem , declinandi flagitij viam ineunti . Ruptus breui laqueus pendentis corpus cum sonitu in subiectum effudit solum . Accurrit excita strepitu nequam mulier , & ad spectaculum inopinatissimum tota cohorrescens , dilectum ex stupore casus mortuo similem vere obiisse rata , nexu & ipsa raptum nodo , ex eodem tigno constrictis faucibus sese deiecit . Non multo post reuersus è deliquio Iuuenis oculos aperit , & pendentem videns feminam , admonente humanitatis officio , vterunque de se merite succurrere conatur . Funem frangit , excitare sopitos , si forte , lenius succussione tentat , aquam inspergit . Frustra omnia . Infelix anima euolauerat , nulla iam arte reuocabilis . Ita mors à duobus aduocata , sapienti discrimine , innocenti pepercit , fontem extinxit . Verum nihil magis , quam quod subijciam exemplum monstrauerit , inesse corporibus etiam sub americano sole natis capacia vel exquisitæ sapientiæ pectora ; vtiq; cum diuinæ per Christum gratiæ radijs asilantur . Diem obiit hoc anno Pascuari Vir inter Indos nobilissimus , quique Urbis eius , Dynasta supremi potestate , longo tempore habenas rexerat . Is toto licet hausto à pueritia veneno immanis educationis illarum gentium , ad omnem præterea licentiam iniuriarum , ac libidinum , Principatus apice , ac copijs autoratus ; tamen vbi Christianam institutionem admisit auribus , sic eam penitus illabentem animo concepit , vt eius ad amulim vitam inde , ac mores , pulchro , & constanti ductæ per omnia officia virtutis tenore formaret . Redactus in ordinem opes retinuerat priuata fortuna maiores , & sua illum grauitas , ac splendor non fere minus quam si adhuc imperaret , venerabilem populo reddebat . Ea ille autoritate vtebatur ad emendanda publica vitia ; in quo erat tam efficax ; adiunctis ad præcepta exemplis , vt eius admonitio ciuilibus plus vbique polleret ad licentiam peccandi refrandam , quam aliorum armata terrore censura . Res eius familiaris , amplia , vt dixi , publicum erat egentium Patrimonium . Nihil cuiquam inopi negabat . Tantamque facilitas eius in largiendo fiduciam quibusuis angustia rerum pressis ad vulgò notum præsidium accurrendi fecerat ; vt passim etiam ij , qui eum grauiter læserant , opem eius implorarent : quos

237

Iuuenis casti constantia.

238

Casu memorabili probata.

239

Viri Principis virtus excellentens.

velut beneficijs vlscisci vellet largius, promptiusque munerabatur. Aliquando procul à domo, consumpta quam extulerat in obuios pecuniâ, seminudum hominem habuit obuium, qui pretium vesti emendæ rogaret. Huic ille quod forte gestabat pallium, donauit; ac mox ne laudibus occurrentium pateret, infrequentioribus diuerticulis domum repetijt. Quotidie sacro Missæ sacrificio, summa reuerentia intererat. Multas item horas in sacello Beatæ Dei Matris flexis genibus perstans orabat. Sermones eius, præsertim vltimo vitæ anno, de rebus diuinis omnes erant, deque præparatione animi ad subeundam mortem; quæ dudum expectata, cum adesset, interrogatus à Patre adstante, quo animi sensu auelleretur à blandissimis affectibus carissimæ coniugis, dulcissimorumque liberorum? Ego vero, respondit, perlibenter ad meliorum necessitudinum amplexus transeo. Neque his parum bene consulo, quos in Magni Protectoris viduarum, Pupillarumque Curatoris Dei nostri prouidentia depono. Hæc erat Philosophia hominis in barbarie nati; satis demonstrans, nullam non feracem magnarum virtutum terram esse, cui Cœlestis Agricola culturam beneficam impendere dignatus fuerit.

Hic demum Annus Manilani Societatis domicilij amplam, & solidam è lapide constructionem absoluit, quinquennio ante inchoatam. Degebant ibi decem è nostris occupatissimi excolendis animis, cum nouæ nostratium Colonia, tum aduenarum Orientalium in istud ex longo celebre Emporium è Sinis, & Iaponia concurrentium. Fuit pars operæ non exigua ponenda in consolandis iacturis mercatorum per crebra hoc anno naufragia factis. Res ipsa publica periclitata est coniuratione Indigenarum cum Iaponijs, Burneisque per eos portus nundinantibus aduersus Hispanos clam inita; cui tamen Dei ope in tempore detectæ feliciter occursum.

Lima, quam habent Hispani Peruuia metropolim, non minus fere quam in antiquis vrbibus Europæ, cum literarum omnium, tum Philosophiæ, ac Theologiæ præsertim studia florebant; quorum publicas exercitationes Chuschenis forte ibi præsens Antistes non præsentia dumtaxat, sed etiam disputatione honorauit; quod ad commendandam earum facultatum dignitatem momentum habuit. Idem vero Præsul optimus amorem in Societatem suam alijs quoque beneficijs prolixè declarauit, tenuitatem rei nostræ domesticæ tum Limæ, tum Chuschi Liberalitate sustentare sua solitus. Plausum à Limensi Populo tulit vnus è nostris eius Collegij Magistris industria, qui feriatim per hebdomadam diebus lectos è discipulis secum ducere instituit ad publicas custodias; vbi dum ipse victos solabatur, & verbi Dei, Sacramentorumque ministerio iuuabat ad excutiendas animo culparum, & vitiorum grauiore quam corporum catenas, eos boni Iuuenes allatis domo subsidijs ciborum, vestiumque recreabant; Parentes Adolescentum re comperta vltro adhortabantur, vt pergerent, eleemosynasque largè suppeditabant in pium opus. Ciues quin etiam duo professi sunt, per annum se integrum quot hebdomadis epulum victis omnibus Piorum Iuuenum ministerio præbendum suo sumptu daturos. Exemplum omni tempore probabile laudabilius hoc anno grauis caritas annonæ faciebat. Cui alijs etiam modis à reliquis Patribus consultum, procurando aliunde, aut ex se suggerendo plebi inopi, scædam maciem, per plateas ostentanti, necessaria vitæ miseræ præsidia. Ad quam vtcunque pastam sermones in foro maximo sextis quibusque ferijs sub vesperum sunt habiti perutiles. Pueris quoque, & Æthiopici generis mancipijs, quorum magnus hic numerus, sua institutio sedulo adhibita. Diebus festis ad Portum sex fere ab vrbe miliaribus distitum aliquot è nostris itabant. Vbi præter matutinas in templo conciones ad naualem turbam; post meridiem in foro Æthiopes, Remiges in Triremium transtris edocebantur.

In

240
Et mors pia.241
Manilæ res
bene gesta.242
Limæ studia
literarum
florent.243
Adolescentum
officia
in victos.244
Conciones
in foro vti-
les.

In Pagos quoque salubriter excursum. Sodalitas B Virginis perlato diplomate aggregationis eius ad Romanam, Encænia sua solemnè ritu, & magno concursu celebrauit. Perlatum item sacrum caput vnus è Comitibus S. Vrfulæ octo dierum caremonia publica venerationi propositum est; Respirabat Chuschenfis Ciuitas à pestilenti morbo, & in publica salubritate tranquillus Religioni cursus erat; aspirante maximè Societatis ministerijs Episcopi fauore; cuius beneficentia cum Limam vsque redunderet quadringentis milliabus distitam; prouum arbitratu est quam se large in propria Ecclesia diffunderet. Donauit inter cætera Templo nostri Collegij ornatum aræ maximæ speciosissimum, perpetuo argento, signis atque emblematis pulcherrimè distincto. Opus vel pretio materia, vel artis elegantia visendum; cui par nouus Orbis non haberet. Idem pro suo ingenti salutis animarum studio, cum intelligeret quanta plebis sibi creditæ pernicie, lingua popularis à Sacerdotibus ignoraretur, egit vt vnus è nostris, ludo in id proprio aperto, eam certa methodo quotidie doceret; palam professus neminem se initiaturum sacris, qui non in ea schola profectum probasset. Multæ in Gentes varias è Chuschenfi Collegio excursions fiunt, vbique salutares. Vnius ad specimen meminero, duorum Sacerdotum Societatis cum Catechistis sæcularibus quatuor, cæcis hominibus, sed lingua patria disertis; & qui doctrinam Christianam apprime callerent. Aimares populi sunt fidem amplexi Christianam. Habent in montibus sedes, & locis abruptis, studio delectas ne iniurijs deprædantiam forent obuij. Qui situs eos minus opportunos cultura faciebat. Ergo nulli fere inter eos Sacerdotes, rarus sacrorum vsus. Maximè graffante Lue cuius superius meminimus, quæ nec plura, nec maiora corporibus miseræ gentis, quam animis damna intulit; astu demonis simplicitati rudium ouicularum, captato momento absentia Pastorum, infidiati. Obseruantes Barbari; quod suo loco indicatum est, Pestem Hispanis parcere, in solos Indos sæuire, in eam Præstigiatorum paucorum admonitu, opinionem venerunt: duos multum inter se diuersos, atque adeo contrarios esse Hispanorum, & Indorum Deos, quorum quisque suis caremonijs colendus sit. Hinc quia Hispani suum ritu patrio venerentur, propitio illo vt i sese quia sui cultum à maioribus traditum reliquissent, poenas neglecti officij pendere. Peruasit momento leuem gentem vasa persuasio, instigantibus veneficis, qui suum sibi quæstum ex priori superstitione vberem dudum perijisse moleste ferebant. Concionabundi pagos obibant, ad oblationes, ad sacrificia intermissa redeundum proclamantes: alias gentem vniuersam sine vllis reliquijs extinctum iri. Addebant è phanaticis quidam: obuiam sibi factum Deum Terræ Ingam clarè denunciassè: sese auctorem pestis, instrumentum eam iustæ vltionis adhibere, ob defectionem à se populi, nec prius quieturum quam respicerent, Alius iurabat, visam sibi clarè Pestem ipsam humana facie, ac forma, & auditam cum palam ediceret: nisi dona offerrentur, finem grassandi non facturam. Cum omnia crederentur, & esset mentiendi pretium, non defuit qui se pestem esse ferens, certis locis ostentaret, ornatu fabulæ consentaneo, sicque accurrentibus stultis manum daret osculandam, dumtaxat postquam eam impleuissent muneribus, quibus delinitam, sibi partituram opinabantur. Inter hæc fractæ Cruces, combustæ imagines, comminutæ, ac sparsæ coronæ è globulis Dei Matri sacræ, cuncta Christi sacrorum vestigia deleta; concursumque ad montem, vbi Deos patrios antea coluerant, cum omni apparatu, atque instrumento sacrificiorum, quæ infanda nefariè perpetrata sunt. Nam bonam verulam illo astu popularis infaniæ haud sese abripi sinentem, concitante furentes in eam sacrificulo, trucidarunt. Eo ferme statu rerum perueniunt ad Aimares ij, quos dixi Sacerdotes nostri duo. Quorum vel primus aspectus pu-

245
Chuschenfis
Episcopi fa-
uor, & libe-
ralitas.

246
Aimarum
defectio à
fide.

247
Eius occasio.

248
Impostorum
fraudes.

249
Anus à
Bacchantib;
occisa.

Soc. 51.

dore quodam scelerum conscios perfudit. Prima verba mollia fuerunt. Miserabantur errorem aliena dementatorum fraude. increpabant subinde leuitatem, mox atrociora facinora damnabant acerbius, intermixtis minis, spe tamen subostensa veniæ, si redire ad officium serio velent. In eandem sententiam circummissi per circulos Cæci differebant. Profuit insigniter ad demendam insanis amentiam Publica Impostorum Palinodia. Comprehenſi enim accursu Hispanorum ex his quidam, sese illa, quæ dixerant mentitos, spe ac cupiditate quæstus faciendi, confessi palam sunt. Hinc iam passim omnes in potestate fuere. Primo mane, pulsatis per compita tintinnabulis, conuocabatur populus ad templum. Patrum alter ad concionem dicebat. Sub eam, virorum alter, alius mulierum, confessiones audiebat; Cæcis interim Christianam doctrinam, ad separatos pro ipsorum numero cœtus omnis ætatis, declarantibus. A prandio id ipsum iterabatur ad noctem vsque, qua aduentante clausula diurno labori per concionem alteram, & publicas post eam preces imponebatur. Ter singulis hebdomadis flagellatio pœnitentium in Ecclesia fiebat. Sic emendatum illud incommodum est prouentu pietatis vberiori, vt ijs, qui sic resurgerent pene lapsum profuisse, dici posset.

Potozij Pestis de qua diximus adhuc sauiens, nostris Europæi ortus beneficio ab eius contagione tutis, amplum industriæ campum aperuit, in quem illi latissimè totis laxatis habenis caritatis excurrerunt. Exhibant fere omnes primo mane, nec nisi sub vesperam repetebant domum, non continuis modo fracti laboribus, sed diei quoque totius inedia exhausti. De fructu inde relato ex vnius ipsorum, P. Roberti Arnonij, ad P. Generalem literis licebit æstimare. Is ait ista occasione auditas à se vno confessiones hominum circiter quinque millium, quarum facile quingentæ ex vltima totius vitæ memoria repetitæ fuerant. Sed cum in urbem afferretur miseram passim per agros in pagis, ac villis edi plebis inopis stragem; eò auxiliatum accurrendi P. Robertus cum socio veniam à Rectore impetrauit. Præ se agebant iumentum onustum medicamentis, & cibis, aut potiunculis dulcibus ad ægrorum solatium accomodatis. Ad Leucas sexaginta processerunt; multam non solum in obujs rectis, sed in vijs, quoque ac syluis, vbi agra passim corpora iacebant, occasionem benemerendi repperunt. Curâ corporum, à qua fere inchoabant, aditum, & autoritatem sibi parabant efficacius tractandæ procurationis animorum. Breui re vulgata concurrebant ad eos è vicinis pagis; suos certatim ægros inuisi flagitantes. omnibus quoad licebat mos gerebatur; continuato sine vlllo fere laxamento labore. Et Deus ipse studia populorum visus accendere. Languebat in Pago illorum tractuum vir primarius, qui visam sibi noctu retulit Mulierem maiestatis augustæ, bono animo esse iubentem; venturum enim illuc Sacerdotem linguæ peritum, cui si conscientiam apertiret suam, haud multo post conualesceret. Hoc ille visum suis vulgavit, & pro viri claritate res in famam abiit. miraque ibi erat expectatio promissi Sacerdotis, quando Arnonius comparuit: exceptus primò statim concursu plebis tanto, vt optimum duxerit concionem illicò habere, non solum attentione summa, sed mixta admiratione auditam, quod externum hominem tam expeditè, ac disertè suam ipsorum linguam exercere sentirent. Hinc continuo deducitur Pater ad ægrum iam ex ijs, quæ de facundo eius vsu linguæ popularis, sermonibus multorum è concione præcurrentium acceperat, fere certum: esse illum omnino, de quo visu nocturno fuisset admonitus. Ergo apud illum peccata deponit, & quidquid pœnæ nomine iniunctum est, prolixè recepit exoluturum. Mox fieri sibi melius expertus, paulo post vires etiam & pristinam habitudinem recepit. Celebre in alio Mapali reperit aliud somnium mulieri quadragenariæ sextum iam annum ex lento morbo decumbenti oblatum. Narrabat Matri, & Viro

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. 1.

Z z z

visos

250
Aimares sacerdotum, opera ad pœnitentiã induciti.251
Potozini Collegij caritas tempore pestis.252
Peregrinatio Roberti Arnonij ad ægros iuuados.253
Eius aduentus præſagis somnijs prædictus.

visos ipsi aditare viros duos, qui monerent, nunquam emersum ex isto languore, nisi Christiana fieret. Ijs sese respondisse Christianam à pietate se esse. Id vero ipsos pernegasse. Quomodo enim, aiebant, Christiana es, quæ tenata baptismo non sis? Constitit postea, nescio quo errore, aut negligentia factum, ut illa mulier experta sacri lauari adigita, ipsam multum, Parentibusque rogantibus, sacris aquis tinxit, mirum dictum! statim atque abluta est, sana surrexit. Incidit paulo post idem. Patet in Apostatam venesicium, qui ab annis iam triginta Christianorum Sacramentorum usum abiecerat, perstabatque obfirmatus in scelere, quam periculo ex morbo decumbens. Dei ramen gratia Sacerdotis sermones adiuuante, cor durum emollitum tandem est; & post confessionem ab ultima memoria, cum vero doloris sensu, repetitam, æger alijs quoque Eucharistia ac sacra unctionis munitus mysterijs, cum salutis spe decel- sit. Purgata quoque Dei beneficio pestilentia, impetus animorum ad bonum, & pares fructus extiterunt: inter cætera, restitutionibus quinquagenu- que millium aureorum, vi summâ Dei verbi extortis, incubanti congestis prædis auaritiæ. In Collegijs Arequipensi, Plateni, quod & Chuchia- cense dicitur, Denique Quitensi, & sedibus Panama, ac Sancti Iacobi, res eodem ferme tenore fluebant ad operatorum Euangelicorum votum. Iulienis oppidi frequentis, amplas quatuor in Paroecias tributi, cura omnis rerum ad animæ salutem attinentium demandata nostris est, ad idipsum ibi degentibus. Ea, illi procuratione defunguntur in hunc modum. Vnicui- que Paroecia iuuanda duo Sacerdotes attributi sunt. Omnes commune domicilium ad templum oppidi maximum habent, quo vndique sub vesperam conueniunt. Summo mane in suam quique Curiam bini procedunt, ubi sacrificijs celebrandis, ministrandis Sacramentis, docendis Pueris, & rudibus, concionibus habendis, ad hæc visitandis, & conso- landis infirmis, elemosynisque distribuendis, descripto in certas horas ordine, diem expendunt, summo profectu, nec minore læticia docilis ple- bis. Hæc domi gesta, nunc de expeditionibus dicendum. Notarunt no- stri certa loca excursionibus ad gentes opis egentes opportuna; puta vr- bem Sancti Iacobi, & oppidum Sanctæ Crucis. Ibi velut in præsidio procinctos ad iter ubi occasio vocauerit, Sacerdotes collocant: qui quidem inter se, ut curâ intentiori cultura exerceretur, populos fortiebantur, in quibus propriè quisque postea elaboraret. Patet Velaschius Cianas in- stituendos sibi sumplerat. P. Samaniegus Itatinos. Alij alios curabant: sed si de ijs quos nominavi quædam retulero, informabit facile prudens lector specimen rerum ab alijs gestarum, quæ rædior similitudinis omittun- tur. In gente Cianum amplissima, & supra captum cæterorum huius tra- ctus populorum ingeniosa, nec non ciuilitate nonnullâ cinctâ, extirpandas Ve- laschius habuit antiquas superstitiones, speciosas, & populo gratis illigatas, a se Diaboli ritibus, quò difficilius euellerentur. Fruges tamen, Deo iuuante, vberes ex isto agro messuit conuersione, ac baptismo plurimorum. Samaniego in Itatinorum Gente simpliciori facilius prouincia fuit. Pau- cas, aut nullas admodum ceremonias habebant, quas ægrè relinquerent. Docendos se præbebant, nec tardi ad credendum propositis erant. Er- go numerosa, breui tempore baptizatis plurimis, ex his est Ecclesia consti- ta. In quam conseruandam promouendamque non minus quam in pa- randâ, sibi contendendum, ac sudandum Samaniegus intelligens, assidue instabat quotidianis institutionibus, ut magis, magisque & dogmata se- mel percepta confirmaret, & vitæ officia, morumque disciplinam ex Euangelica lege fingeret. Hæc agentem curâ incescit de Sacramento Pre- nitentiæ, cui in usum iam Baptizatorum inducendo duplex incommodum

254
Conuersio
venesici A-
postata,

255
Concionum
fructus.

obstabat; alterum dictu lenius ex lingua Gentis, alterum euulsu difficilius; quippe quod in natura intima, atque indole nationis vniuersa radicaretur. Prius erat quod Italiana, vti & aliquot finitimarum Gentium, linguæ, vocabulis carebant, quæ summam quinario maiores exprimerent. Ergo vbi cum manus alterius digitis res numerandas adæquauerant, quidquid abundaret, vbi, vocabant. Quod ipsis nomen quamcunque multitudinem sonat quinario maiorem, nullo summarum discrimine quantumvis distantium. Id quod in expressionem necessariam numeri peccatorum, per confessiones sacramentales, molestissimam non Sacerdoti magis, quam ipsi poenitenti creabat anxietatem. Cui remedium vt fieret, amplianda vocabulis recens institutis lingua, vel signis supplendum, quod vocibus deerat, fuit. Sed ludus hæc erant, prout aliud sese obiecit longe insuperabilis obstaculum, teneræ cuiusdam in fatendo admissa verecundiæ istius Gentis; sic nata, sicque assuetæ, vt mille potius mendacijs se inuolueret, quam ad pudendum de se quidpiam enunciandum induceretur. Aduersus hoc malum Samaniegus accuratam concionem habuit, qua prius latè cunctis ad audiendum arcanum momenti maximi vndique euocatis, die celebri copiosè disseruit de necessitate Sacramenti Poenitentia, de se creari religione, ac sigillo ei mysterio diuinitus apposito: de perniciose dissimulationis in isto foro, è quo litis victoria, & criminis absolutio non alia ratione, quam eius plana, sinceraque declaratione contingeret. Sic otiose informatis, atque à pernicioso silentio grauissimè deterritis edixit, vt conscientia quisque excussa, culpas arcanò prodituri, ad se in id ipsum publicè in Templo vacaturum accederent. Sic fieri ceptum à bonis Neophytis, motque utilis in vsum inductus, vt iam per se quoties opus haberent, aut alioqui diei sacræ religio vocaret, vltro ad poenitentia tribunal accederent, bonaque fide infuescerent conscientia pandenda. Sed vt olim in Ecclesia nascente diuinæ sapientia visum est disciplinam sancire graui exemplo, dum in oculis primorum Fidelium Petri Apostolorum Principis verbo, ac nutu, Ananiam & Sapphiram fraudare religionem voti, & mentiri Spiritui Sancto ausos subita morte multauit; ita nunc peraccomodatè ad captum, atque ad imbecillitatem radis Barbariei heri, & nudius tertius ad initia mysteriorum Christiana Religionis admitti ceptæ, apparuit, diuino vtiq; consilio, ostentum in hisce terris multitudinis exceptum præsentibus est, vulgante fama in alias quoque istarum tractuum Gentes perlatum, Christianos vbiq; populòs salutari terrore compleuit, ne illudere sacrilego silentio sacro Poenitentia tribunali auderent: Gentilesque ipsos quadam vtili nostrarum rerum admiratione perfudit. Scio euolasse iam olim è transmarinis hisce oris ad continentem nostram, & notitia per Europam celebri vulgatum hoc factum, stylo expressum scriptorum magni nominis, imò vt audio, nonnuspiani scenis tragicis in argumentum terrifici Dramatis electum, quo diligentiorum iniungi mihi operam interpretor rei ab aliud agentibus pro sui claritate longè adscitæ, à me hoc loco proprio exactè, perspicuèque referenda. Erat in obsequio Matronæ inter Itatinos copiosa ac nobilis, Puella non ibi nata, sed olim calamitate belli ex aliqua finitimarum gentium illuc in seruitutem tracta, annorum hoc tempore sexdecim, naturæ vtiq; non probæ; quippe animo subdola, visu, ac vultu procax, effusa iocis, arguta disterijs, cachinnis petulans, incessu præceps, gestu inuerecupda. Tamen in hac leuitate, Heræ, mulieris castæ, ac seueræ, cæteraque domus honestæ disciplinâ vtrumque continebatur. Ergo cum Samaniegus Sacerdos, vt dixi, noster, Christi legem isthic hoc anno promulgaret, hæc quoque vna cum sua Domina, & vniuersa illa familia credidit, ac

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. 1.

Zzz 2

sacris

255
Integritas
confessionis
miro exem-
plo sancita.256
Integritas
confessionis
miro exem-
plo sancita.257
Martini Del-
rio Christo-
phori Vegæ
&c.258
Integritas
confessionis
miro exem-
plo sancita.

sacris aquis lota Catherina nomen in baptifino accepit. Deinde post illam, cuius paulo ante memini Samaniegi ad Neophytos de Penitentie Sacramento concionem, Hera secum eam in Templum ducente, lapsus peccata post baptifinum admiffa Sacerdoti in aurem fassa est: sed vulgaris, & minime pudenda duntaxat; nam cum pudoris prodiga laicium clanculum adolescentibus sese indulgeret, diligentiffime cauebat ne vllum horum flagitiorum in sua confessione indicium extaret. Solita quietiam illudere procaciter atque ad fidas familiarium confervarum aures, vbi a Sacerdotis audientia rediret, talia infufurrare. O hominem simplicem, qui se admittendum in arcanorum meorum intima sperarit! Frustra ille me crebris interrogatiunculis scrutans vellicauit: alias quarat cenfeo tam faruas, quae se illi penitus committant, Ego tacendorum, & dicendorum discrimen scio. Ita illa viuere perseuerauit ad menses aliquot, quoad Kalendaris sextilibus in morbum, eumque grauem, ac periculosum incidit, quo animaduerso eius Hera, grauis mulier, & religionem ex vero colens, eam hortata est, vt se ad confessionem pararet, accersitumque Sacerdotem ad agram adduxit. Fecit illa tunc quoque vt solebat, & capitula celans, lenia perfunctorie narrauit, neque tantum semel, sed durante in longum morbo, nonies infelix isto sacrilegio se polluit. Etiam mox subinde quas prius retuli Sacerdotis illius procaces traductiones iterans ad Conseruas: quarum vna Religiosior rem aperiendam Domina putauit. Percussit, vt par erat, pium Matronae animum scelus, & periculum Ancillae, ad quam statim adiens, vbi multa quae de pernicite flagitiosi in Sacramentali confessione silentij a Sacerdote audiuerat, commemorasset, amanter, ac materne percontabatur, eequid haberet in conscientia, quod prodere puerderet: committere sibi ne dubitaret, nihilo eam minus, quidquid tandem id esset amaturae. Aderant vna quaedam e mulieribus familiae, quibus Catherina nequitia non erat penitus ignota. Igitur bono animo agram iuandi, quae nouerant coram Hera protulerunt, neque ipsa languens negauit, ac addidit, se nunquam ista Sacerdoti narraturam. Inter quae, vel Deo sacrilegium vlcifcente, vel diabolo sibi addictam, vt solet, cruciante, vel denique astu animi redundante in laborem corporis, agra furis velut quibusdam agitari cepit, & spiritu intercluso violentiffimis iactationibus se per stratum voluere. Durauit aliquantulum horrenda vili contorfio: a qua tandem ad vsum sensuum & quietem aliquam puella rediens, Domina sua dedecora narrauit: a quibus Sacerdoti prodendis deterreci se aiebat a quodam sibi ad lauam adstante totum frontis spectro: incitari contra ad sea confessario fatenda: a Muliere splendida, quae a dextris adesset, plane simili Tabula in Templo exposita Sanctam Magdalenam referenti. Hic enimvero bona Matrona in hortationes vehementius incumbere, interimque seruolo, Patrem curriculo vt accerferet, mandare. Adiit breui vocatus Sacerdos, cui Matrona in agrae cubiculam ingredientis: Catherina, inquit: Pater valde opera tua indiget: nunquam est enim integre confessa. Mox, vt ei pudorem noxium demeret, quae ex agrotatae compererat, Patri coram ipsa, quasi eius nomine exposuit. haec & haec inquit, haecenus Catherina in Confessione reticuit, sed nunc ea nobis fassa, etiam tibi, quando ita necesse est nota vult. Ad quae infelix, obffinatione se inuolvens sua, manifeste renuit: & varana lingua, quam Patris ignotam sciebat: atqui ait, Dominam intuens, ista tibi eo animo non credidi, vt huic communicares, quem de his maxime celatum volo. Omnia hic deinceps conari omnes, minis blanditias adiungere, intentare cruciatibus inferorum, ignis aternitatem, ostentare Paradisi delicias; expendere facilitatem necessariae ad tormenta vitanda, delicias promerendas, confessionis; praesertim cuius pudor omnis euauisset arcano iam in Sacerdotis conscientiam emisso. Denique nihil non agere vt ruentem in praecipitio

258
Catherina
Sacramento
penitentiae
induit.

259
Obffinatio
eius in facti-
lego silencio

Soc. 51.

pitio sifterent, Sed rundeabant incudem. Præfracta muliercula per dies aliquot eludit omnia, non solum pertinaciter, sed etiam perulenter, & impiè, non raro subfannans, & scurrilibus facetijs, iam Sacerdotem, iam sollicitudinem illorum, qui salutarem sibi confessionem suadere conarentur irridens. Interdum obscœna dicta cum rubore audientium impudentissime proferens. Semel etiam cum ei Christi Crucifixi ad venerationem offerretur effigies, contemptim reijciens; ac nescire se istum quis esset, nec eum curare, blasphemans. Nec suas non interim partes seruare percuntem cupiens Deus, agebat. Pungebatur rebellis animus arcanis stimulis excitantis gratiæ; quibus concussa in has se interdum relaxabat voces. Me miseram! cur perco? cur scelexa non confiteor? Ad quas cum familiares accurrebant, & æquid vocari Sacerdotem vellet? percontarentur, illa in nugas solitas, & dicta impia reuoluebatur. Nocte quaquam concubia, sopitos Domi cunctos clamor Catherinæ acutissimus excitauit. Vociferabatur eiulatu horrendo. Heu me quantum crucior, quam horribiles pœnas luo temeratae confessionis! Accurrit Domina, Domesticique omnes. Mortuæ similem reperiunt. Post eam vocem dirigerat toto corpore, nullum in tactu, in pulsu vitæ indicium. Expirasse crediderunt. Post horas septem inopinatissime apertis oculis, cepit ululare nescio quid inconditum. Adest Hera, & blande, Catherina, inquit, iam tandem sapere incipe. Deus adhuc te expectat. Annuere visâ infelici Sacerdos sistitur. Frustra vt semper. Nullum agra remissa contumaciæ signum dabat. Interim mortis propinquæ indicia extabant. Sacrum cereum raptim mulieres accendunt, agram vt id sumat, & Iesum inuocet hortantur. Illa, rorum intuens: tollite istum Iesum, nihil mihi cum illo est. Simulque, toto corpore se auertens in remotissimum lectuli angulum, ibi sessim affurgens confabulari cum quodam videbatur. Sed alia ancilla eodem inconclauis languens, terribiles se formas circa Catherinam videre clamabat. In his posito capite fontem animam meretricula peruiçax, efflauit. Foedissimum visu cadaver odorem repente tam tetrum inhalauit, vt non expectata luce (nam nox erat) eiciendum in subdiuiale atrium fuerit. Eodem quo expirauit momento, mansuetus equus in domus eiusdem, præsepi ligatus, furere cepit horrendum in modum morsu, ac calcibus, ruptisque retinaculis erumpere. Canes statim è vicinia ruere amentes insanissimis latratibus. Adolescens Domine frater manu non aspectabili in brachio apprehensus, sicque somno excussus è lecto in pavementum graui casu deiectus est. Ancilla vehementi calcis ictu, cum neminem videret, in humero se percussam genuit. tumorque ac liuor ad dies multos in parte læsa visi, haud ex vano questam probarunt. Cum corpus, ad sepulturam componeretur, erexit se in sedentis modum, & terrore consternatas abegit Præficas. In famulæ caput, ingredientis conclaue ybi erat illa mortua, vas ex alto deiectum est. Didit momento fama per Pagum, accurritur in funestas aedes studio mira visendi. In oculis curiosæ multitudinis ingens fit lapidatio, tumultuosissimo fragore ingruentium superne fractorum laterum, & coctilium tegularum, cum tamen nec toto illo in oppido, nec in vicinia vsus vllus, aut copia eiusmodi scitilium, esset: imbricibusque è ligno dolatis, squammatisque consertis, tecta domum pluuias arcerent; vt ex longo interuallo delatam vi arcana materiam istam appareret. His consternata terroribus familia ad aliquod solatium congregabatur, mulieres maxime, quarum nulla vagari per aedes sola sustinebat. Circumstabant Heram feminae circiter duodecim, cum vna ex ijs ancilla, quæ Catherinæ vitia Domine aperuerat, semel iterum, ac tertio per pedem tracta, raptataque est, nemine manum, quæ traheret vidente. Nonis octobribus cum in cellam vestiariam iret Ancilla, vt vestem promeret, Catherinam videt. vas quoddam è terra tollentem.

Ex-

260

Impia eius
moribunda
vox.

261

Mortuæ ma-
nes domum
inquietant.

Exclamat, fugit. ingens strepitus auditur. accurrunt multe simul. vas illud vi summa parieti impactum in frusta dissiluisse conspiciunt. Dominâ eodem post ingressâ, dimidius later magno impetu in murum illius est. Postridie mulieres optimum rata vi stygiæ vestiarium infestanti religionem. sacræ imaginis opponere, eunt multe simul, & Christi de cruce pendentes effigiem Chartæ impressam agglutinant postibus. Statim cunctis insipientibus reuulsa imago, & in tria susta conscissa est. Iam nulla quies sub testis erat. Ergo Domina mensam sterni sub diuo in hortulo præcepit. Huic cum assideretur, magna pars lateris in lancem, vnde vellebantur supernè decedit. Simulque quadrinus puer, iactatis cum euilatu ad matrem brachijs, Mater exclamauit, subueni, strangulor à Catherina, non illam vides apprimentem mihi fauces. Sed cum Theca reliquiaria, quam ad hoc ipsum noster Sacerdos dederat, vt stygijs hisce furijs opponeretur, pueri collo esset admoda, tartarea illa vis abiecit. Hic matrona tam sæua infestatione inquietas ædes deserere cum parte familiæ magnâ decreuit. Tribus dumtaxat ætatis mature mulieribus ad custodiam domus relictis, ad consobrinam migrat; quæ remanserant crucibus, lipsantheis, aqua lustrali, præcipuè oratione, & inuocatione Sacrorum IESV, & MARIÆ nominum iussæ cum monstris pugnare, multa immania sunt passæ. Sed Deo tandem placuit ferali negotio finem imponere. Mulier vna è tribus cellam penariam ingrediens clarè audiuit notam Catherinæ vocem se nominatim appellantis. Fugit illa statim, consternatissimè ad duas socias, quæ & ipsæ distinctè audierunt eandem vocem iterum, & tertio mulierem, quæ fugerat vocantem. Quare illam hortantur, vt Deo inuocato respondeat, & quid se velit, quærat. Sed illi comites ituras. Annuente illa, sacram candelam accensam manu præferentes, in cellam vnde vox eruperat vadunt simul omnes. Erant iam in limine, cum denuo Catherina, quam prius nominauerat inclamat, iubens eam abijcere candelam, qua se vri dicebat, & sic solam accedere. Non obtemperauit illa quidem in dimissione cerei, sed accessit tamen intro, & Catherinam vidit horribili specie flammis cinctam, quæ ex cunctis eius membris per globos erumpere videbantur. Corpus cætera nudum, fascia quadam velut ferri candentis cingebatur, lata & varijs gyris artus amplexa vsquè ad imos talos. Accedere ad se propius Catherina cum iuberet feminam, huic dubitanti, & terrore nimio vix mentis compoti, iuuenis veste candida, placido vultu, bonus Angelus haud dubie, se videndum obtulit; & ita, inquit, animo, ac monstrum hoc conspice, tum quod loquetur, audi, mox alijs narratura. Sensit femina se confirmatam; & erigere os in Catherinam ausa, clarè audiuit, cum diceret: se æternis incendijs addictam, quod suam impudicitiam Sacerdoti fateri noluisset. Iustam se, ac perinuitam id nunc prodere, vt sua pernicie alij sapiant. Quædam in eam sententiam cum adderet, signo ad Vespertinam Deiparæ salutationem tunc forte dato, repente conticuit, & euauit: ex eoque momento incestare domum illam deserunt impuri damnatæ manes; nouellâ illâ Ecclesia celebri per tractus illos noticia tam insignis eventus mirè in fide mysteriorum Christi, ac præsertim in proposito nudatæ syncerè ad peccati remedium conscientia, firmata.

262
 Nouissima
 apparitio
 damnata.

L A V S D E O.